ctum vel ad meliorem finem ordinatum: et sic de circūstā-
tijs scilicet modi loci etc. sed circūstātie obiecti et finis sunt
precipue. Alia propositio. Malitia actus nō ē diffor-
mitas ad dictamen verū actu existens. patet. Nam aliquis potest pec-
care se conformando dictamini vero et etiā erroneo. igitur
illa malitia vniuersaliter nō ē illa diffor-
mitas ad dictamē
verū actu existens. Tertia propositio. Ut actus sit malus:
nec requiritur nec sufficit quod sit difformis dictamini quod si in-
esset: esset verū. Secunda pars patet: puta quod non sufficit.
nam volitio Jacob secundum Durandum et Ockam non
erat mala: sed merebatur per illā et tamen illa erat diffor-
mis dictamini quod si inuisset / fuisset verum / ergo nō suffi-
cit ad malitiam moralem quod actus sit difformis dictamini quod
si inesset / esset verū. prima pars patet: puta quod nec illud re-
quiritur. Nam aliqua volitio quod elicitur contra dictamen
erroneum / est mala moraliter. patet. sortes dictat quod mētē-
dum est / et nihilominus nult mētiri. talis volitio est mala:
et tamen non est difformis alicui dictamini quod esset verum
si inesset. ergo vt actus sit malus / nō requiritur quod sit diffor-
mis dictamini quod de facto esset verū si inesset. Ideo ad
videndum quid requiratur et sufficiat ad malitiā moralem

*f. hec non est am-
monos cenda:*

*probat prima
pp. sic dicitur qd ha-
beat voluntatem
dei & etiam volit
vanam gloria &
dicitur qd ad conse-
quendum hos
fines est danda
elemosina pauperi
propter deum & vanam
gloria & velle dare
tunc illa volitio est
mala & tamen
nō est difformis
dictamini vero actu
existens. s. dicitur
qd est elemosina
pauperi propter
deum & malicia
actus nō est
difformitas & c.*

videndum quid requiratur et sufficiat ad malitiā moralem
elemosina pauperi propter deum & vanam
gloria & velle dare tunc illa volitio est mala & tamen
nō est difformis dictamini vero actu existens. s. dicitur
qd est elemosina pauperi propter deum & malicia
actus nō est difformitas & c.

ponitur ppositio trimembri / que talis est. Ut aliq̄s act⁹ ppositio trimē
 sit malus moraliter / requirit̄ & sufficit q̄ sit difformis dictamini actu existenti vel existenti credito vero: v̄l q̄ sit dif-
 formis dictamini quod si inesset / esset verū: & nō habetur
 ignorātia inuincibilis. & ista vltima pars ponitur propter
 casum de Jacob / & de illo q̄ dat elemosynā diuiti que cre-
 dit pauperem. Et oēs malitie morales reducūtur ad ali-
 quod istorū triū membrorum: qz omnis malitia est diffor-
 mitas actus libere eliciti / ad rectā rationem / vel ad illam
 que putatur recta / vel ad aliquā que esset recta si inesset /
 cuius non habetur ignorātia inuincibilis opposita. [Mi-
 hi videtur q̄ sufficit ad malitiā moralē q̄ sit cōtra dicta-
 mē actu inexistens / v̄l q̄ si inesset / esset verū si non esset
 ignorātia inuincibilis.] Querit Ockā. iij. quolibeto. q. xv.
 vtrū illa cōformitas & difformitas sit aliquid distinctū ab
 actibus cōformibus v̄l difformibus / v̄l an sit ipsemet act⁹
 conformis vel difformis. Quātum ad illam conformitatē
 apud Scotum & reales illa conformitas est respectus: sed
 p nunc dico q̄ conformitas nihil aliud est q̄ actus cōfor-
 mis: qz opposito dato / ille actus posset libere elici: et non
 esse bonus. patet. deus nō necessitatur ad coagēdum pro-
 ductiōi illius respect⁹. Difficultas est de difformitate. vñ-
 de sco. in. ij. d. xxxvj. ponit quattuor per ordinē. Primū q̄
 malitia non est priuatio boni nature. vnde bonum nature
 nō est aliud q̄ habitas naturalis ad bonū. Dixerunt ali-
 qui q̄ omne malū aliquid adimit de illa habitate ad bo-
 nū. cōtra quos arguit Sco. & precipua eius ratio est ista. se-
 cundum peccatū potest esse eque graue cum primo / ergo
 aufert tātam quātitatem de bono nature sicut primū. et
 tūc per applicationē finitorū peccatorum totaliter aufer-
 retur illō bonū nature. quod est falsum. ergo malitia act⁹
 non est priuatio boni nature. Secundo dicit q̄ non est pri-
 uatio boni gratuiti: qz veniale habet malitiam / et tamen
 gratuita nō priuat. Tertio malitia nō est priuatio boni ha-
 bitus oppositi producibilis ex oppositis actibus: qz cū ac-
 tu peccati stat intēsissimus habit⁹ actūū oppositorū. Sed
 quarto dicit q̄ malitia act⁹ est priuatio rectitudinis debi-
 te inesse tali actui. patet. oīs creatura est debitor deo q̄
 actus suos eliciat cōformiter ad dictamen rectū. Et inse-
 quēdo Ockā / cōformitas est ipse actus cōformis. ideo po-
 nitur p̄ma ppositio. Non quelibet malitia cuiuscūq̄ act⁹
 est priuatio rectitudinis debite inesse illi actui / vt malitia
 odi dei / vel volitio furadi nō est priuatio rectitudinis de-
 bite inesse illi actui. ptz. illi actui nulla pōt inesse rectitu-
 do. Tum primo / dicit Ockam q̄ rectitudo non est nisi
 act⁹ rect⁹: & nulla rectitudo est apta nata inesse illi actui:

*Maiores malicia in uno actu q̄ in alio actum dicitur p̄ma hoc
 q̄ est difformis dictamini p̄ hanc r̄onem q̄ priuatio cōtra finem*

*Quid req̄-
 rat & suffi-
 ciat ad
 malitiam
 moralē.
 Additio.*

*Quid sit
 conformi-
 tas act⁹.*

*Bona uer-
 tura dif-
 xxxv.*

*na effica-
 ret h̄ve
 int lapis*

*Quid ma-
 litia act⁹.*

*p̄ia pro-
 positio.*

Figura 1.

*probatio. nullus actus potest inesse alteri actui. sed
 rectitudo est actus q̄ malicia nō est priuatio re-
 ctitudinis debite inesse illi actui.*

De bonitate et malitia actuum.

Secunda propositio.

Tertia propositio.
Quid omissio.

Additio.

ergo malitia non est carentia rectitudinis debite inesse actui. Tunc secundo: et est apparentius argumentum Ockam. Est impossibile quod volitioni furandi vel odij dei insit rectitudo: cum sit actus intrinsece vitiosus. ergo nullus obligatur ad dandam rectitudinem illi actui. consequentia patet: cum nullus obligetur ad impossibile. igitur. ¶ Secunda propositio. Malitia actus seu difformitas non est priuatio rectitudinis debite inesse voluntati vniuersaliter. patet. possibile est quod fortes velit furari pro tempore pro quo non obligatur ad nolitionem contrariam. certum est quod non obligor per omni tempore diligere platonem. signetur tempus quo non obligor: et in illo illum odiam. quo facto malitia odij non est priuatio rectitudinis per tunc debite inesse voluntati. patet. si malitia istius actus sit priuatio rectitudinis debite inesse voluntati: maxime esset priuatio rectitudinis amoris platonis. sed talis rectitudo non est per nunc debita: quia non teneor per nunc ad amandum platonem: ergo. Secundo. si malitia cuiuscumque actus esset priuatio: sequeretur quod malitia illius peccati transgressionis esset precise omissio: et sic non foret peius transgredi et omittere simul quam solum omittere. patet. si malitia sit solum illa priuatio: ergo non foret peius transgredi et omittere simul quam solum omittere. quod est falsum. ergo non cuiuslibet actus mali malitia est priuatio rectitudinis debite inesse voluntati. Tertia propositio. Aliquando malitia est priuatio rectitudinis per tunc debite. patet tunc primo: cuiuslibet omissionis malitia est priuatio rectitudinis per tunc debite: quia omissio est priuatio actus recti. Tunc secundo. stat aliquem actum esse malum non propter positionem male circumstantie: sed duntaxat propter defectum bone circumstantie: ut fortes pro aliquo tempore non solum tenent subuenire pauperi: sed etiam propter deum. Ideo si subueniat etiam non propter malum finem: solum omittere circumstantiam bonam. scilicet propter deum: talis actus est malus: et malitia illius est priuatio rectitudinis per tunc debite inesse actui vel voluntati. Ideo dicit Ockam tria. primum quod non semper malitia actus est priuatio rectitudinis debite inesse actui. secundum: non semper est priuatio rectitudinis debite inesse voluntati. tertium: aliquando est priuatio rectitudinis debite inesse actui vel voluntati. [Ingeniosissime impugnat Ockam Scotum in hac materia: sed videtur quod non sufficiant ponderationes posite: quia stante conscientia dictante quod est mentiendum iocose: et posita nolitione qua nolo mentiri iocose: talis actus est malus: et tamen ibi non est carentia rectitudinis debite inesse actui vel voluntati. et eodem modo de odio platonis in casu libri. propterea aliquid est addendum: scilicet vel positio malitie debite non inesse.]

¶ De multiplici bonitate et malitia actuum. Ca. xiiij

De bonitate & malitia actuum. Fo. xxxiiij.



Consequenter videndum est de multiplici bonitate & malitia actus. Un̄ communiter doc. in sc̄o dicunt triplicem esse bonitatem actus. p̄ma est ex ḡne siue ex obiecto: & nihil aliud est nisi actus qui fert̄ super obiectum conueniens secundum rectam rationem. per oppositum dicit̄ malus ex genere: quando. i. fertur super obiectum disconueniens sc̄dm rectam rationem. Exemplum primi: vt velle dare elemosinam indigenti: talis volitio que fert̄ precise super tale obiectum est actus bonus ex genere. Exemplum secundi: vt velle detinere rem alienam inuito dño: talis volitio fertur super obiectum disconueniens recte rationi: & vocatur malus ex genere. Alia est bonitas ex circumstantiis: & est actus circumstantionatus omnibus circumstantiis: secundum dictam recte rationis sibi conuenientibus vel debitis: vt velle subuenire pauperi propter deum: & quia recta ratio dicitur esse subueniendum: et talis est perfecta bonitas moralis. S; malitia ex circumstantia est duplex. quedam contraria: altera vero p̄uatiua. Unde apud Sco. actus dicitur malus ex circumstantia p̄uarie: quia. s. habet malam circumstantiam: vt velle dare elemosinam pauperi propter vanam gloriam. Sed actus dicitur malus ex circumstantia p̄uatiue: quando habet defectum bone circumstantie quam debet habere: vt habendo precise hanc volitionem: volo subuenire pauperi: non referendo in deum pro tempore quo teneor referre: tali actui deficit vna circumstantia. s. finis. Tertium bonum dicitur meritorium: & est actus acceptatus a deo ad vitam eternam. Per oppositum malum demeritorium est actus deacceptatus: vel ordinatus ad penam eternam vel temporalem. Circa hanc materiam queruntur due difficultates. prima. An quilibet bonitas pure moralis: hoc est que non est meritoria: a quilibet meritoria specie differat? Secunda: an detur actus medius inter bonum morale et malum morale. Non est difficultas quin detur actus medius inter bonum meritorium: & malum demeritorium: vt actus bonus factus in mortali. Quatum ad primum ponuntur due opiniones probabiles: secunda tamen probabilior. prima est Dio. xvij. di. j. & clymeto in prima sua quest. q. quilibet bonitas moralis a qualibet meritoria specie differt. p̄z. quilibet bonitas meritoria est a principio differente ab illo a quo est pure moralis: ergo. patet antecedens. Quilibet meritoria a charitate p̄cedit effectiue. nulla pure moralis a charitate procedit effectiue: qz si procederet a charitate: esset meritoria: & non pure moralis. ergo. et habet Dionysius pro inconuenienti q. meritorium & non meritorium sint eiusdem speciei. Adam prima di. primi tenet oppositum propter quatuor rationes. prima. actus castitatis ex charitate elicitur est

Triplex
est bonitas.

Bonitas
ex circumstantiis.

Actus
malus ex circumstantia.

Malum
demeritorium.

opinio domini & clymeto fundat in hoc non ipsi tenent qd semper actus p̄uatiui a causis differentiibus specie differunt specie

*De voluntate domini dicitur in prima p̄uatiue
proditur ex charitate nisi cum de
specie cum voluntate domini dicitur in prima
pauperi non pro dicitur ex charitate*

De bonitate et malitia

eiusdem speciei specialissime cum actu castitatis quod est solum moralis. patet. actus procedens cum habitu / et sine habitu / est eiusdem speciei. ergo actus preveniens habitum / et sequens / erunt eiusdem speciei. ergo actus procedens ex charitate: et qui procedit sine charitate / sunt eiusdem speciei specialissime. Secunda ratio fortissima. sit aliquis in charitate eliciciens actum castitatis bonum meritoze et moraliter. talis actus iteratus generat habitum. tunc habitu genito peccet: perdit charitatem: et talis habitus genitus manet: et ex tali habitu manente potest operari: et non potest operari ex habitu nisi eliciat actum eiusdem speciei cum illis a quibus producebatur. ergo extra gratiam potest elicere actum eiusdem speciei specialissime: et illi erunt solum morales. ergo bonitas moralis et meritoza erunt eiusdem speciei specialissime. Tertia ratio adhuc apparentior. Sortes extra gratiam elicit actus castitatis bonos morales habitum gignentes. tunc habitu acquisito sortes acquirat gratiam. tunc potest elicere actus eiusdem speciei cum precedentibus illis: et erunt meritozi. igitur. Antecedens patet. omnes cause que prius erant ad productionem actuum precedentium / adhuc nunc sunt. et quoadcunque sunt eadem cause precise: ex eisdem potest produci idem effectus qui prius / vel saltim conformis in specie. Et iste due rationes sunt fortiores inter ceteras. Sed iste rationes possunt solvi ab adversario. Ideo ad primam rationem: cum arguitur / actus procedens ex habitu / et sine habitu elicitur a potentia / est eiusdem rationis: distinguo: vel de habitu infuso / et sic nego. vel de acquisitis: et sic est verum. Ad secundum dico quod remanet habitus gratia perdita quantum ad esse habitus: sed non quantum ad idem exercitium sicut erat prius: quia est una causa partialis que concurrebat ad effectum cum habitu / puta charitas etc. Ad tertium cum sic arguitur: sortes cum acquisiuit gratiam: omnes cause que prius erant / adhuc sunt: concedo. ergo possunt producere eundem effectum: nego consequentiam: quia non sole sunt / sed est alia causa / ideo sequitur diversitas effectus. Veritatem opinio Ade est probabilior: videlicet quod uniuersaliter non quilibet bonitas pure moralis a qualibet meritoza semper differt. Quantum ad aliud dubium an inter bonitatem moralem et malitiam moralem sit actus indifferens. i. quod sit actus non bonus nec malus moraliter: pro solutione notandum quod hoc dupliciter potest intelligi. vno modo quod sit aliquis actus deliberatus vel indeliberatus indifferens. alio modo quod sit aliquis actus deliberatus formaliter / puta qui sequitur iudicium rationis: vel deliberatus virtualiter. i. quando deberet esse iudicium rationis / et non est. Iterum notandum secundum Tho. q. xvij. prime scilicet: quod dupliciter intelligitur quod sit actus indifferens. Uno modo quod sit singularis in suo esse. Alio modo

De actibus indifferens.

ide est op ordi
natis p reed in
rationem:

do q̄ sit indifferens sc̄dm speciem: id est ex obiecto: quia
 actus voluntatis sc̄dm eum capiunt speciem ab obiecto.
 et adhuc dupliciter intelligitur q̄ sit indifferens secundū
 speciem: vno modo q̄ a tota specie debeat ei q̄ sit indif-
 ferens. et tunc ista consequentia esset bona: est indifferens
 secundum speciem: ergo quilibet actus in illa specie est in-
 differens. Alio modo q̄ sit indifferens secundum speciem:
 id est q̄ ex obiecto non debeat ei q̄ sit bonus vel ma-
 lus: quia obiectum in se consideratum non habet confor-
 mitatem nec difformitatem ad dictamen recte rationis.
 et isto modo datur actus indifferens: vt velle leuare fe-
 stucam: fricare barbam. Sed tota difficultas est an detur
 aliquis actus singularis indifferens: id est qui nec sit bo-
 nus nec malus moraliter. et hoc de actu deliberato: quia
 de indeliberato non est questio: cum non sit bonus nec
 malus. Nec est difficultas de indifferenti actu inter bo-
 nū meritorium: et malum demeritorium: cum talis detur.
 Questio est ergo: an sit aliquis actus singularis delibera-
 tus indifferens inter bonum et malum morale. Ponuntur
 due opiniones. Prima est sancti Tho. quē imitatur Gre-
 go. in. ij. et in. j. dist. j. q̄ sc̄z nullus est actus indifferens de-
 liberatus inter bonum et malū morale. probatur. quocūq̄
 actu capto deliberato: vel est conformis dictamini recte
 rationis: vel non. si primū: ergo est actus bonus. si secun-
 dum: ergo est actus malus. ergo non est dabilis actus in-
 differens malus. Alia ratio Grego. quam facit in secūdo.
 Quocūq̄ actu capto deliberato: vel habet omnes circū-
 stantias requisitas ad bonitatē: vel aliqua deficit. Si pri-
 mum: est bonus. Si secundū: est malus. Nam sicut bonū
 ex integra causa cōsistit: ita malum ex defectu cuiuscūq̄
 circūstantie. Tertia ratio. capto quocūq̄ actu: vel fertur
 in materiā debitā: vel in indebitam. si secundū: non est in-
 differens: sed malus ex genere. si primū: v̄ ergo fertur in
 illam materiā licitam propter se et vltimate: vel p̄pter ali-
 ud. si primū. i. propter se et vltimate: et ista materia est q̄d
 creatum: ergo est fructio creature: ergo est actus malus.
 si secundū: id est propter aliud: vel propter aliquid aliud
 quod est bonum: sc̄z propter bonum finem: vel non. si pri-
 mum: ergo erit bonus: quia habet obiectū bonum: et refer-
 tur in finem bonum. Si secundū: id est in malū finem: er-
 go est actus malus. Ergo non est dabilis actus indifferens
 inter bonū et malum moraliter. Et ad hoc corroborandum
 citat sanctus Thomas auctoritatē Grego. in quadam ho-
 milia: Ociosum verbum est quod vtilitate rectitudinis:
aut ratioe iuste necessitatis: aut pie vtilitatis caret. Sed
 verbum ociosum est malū: quia de eo sūt homines ratio:

ut sunt actus pri-
 uati

Ociosum
 verbum.

De bonitate et malitia actuum.

nem reddituri in die iudicij: vt dicit Mat. xxiij. Si autem non caret ratione iuste necessitatis aut pie utilitatis: est bonum aut malum. pari ergo ratione et quilibet alius actus vel est bonus vel malus: nullus ergo individualis actus est indifferens. Ideo si in verbis non datur verbum indifferens: nec in aliquo alio actu. **A**lia est opinio Ockam prima distinctione primi / ratione prima: et Bonauenture in secundo. xli. distinc. quod datur actus indifferens inter bonum et malum. et pro ista opinione sit talis ratio / supponendo quod homo non tenetur per omni tempore diligere deum / cum sit preceptum affirmatiuum. sit ergo tempus in quo fortes non tenentur diligere deum: et pro talive sit elemosina dare pauperi: et habeat iudicium rectum quod danda est elemosina indigenti. hoc supposito arguitur sic. hec volitio non est mala / nec bona: ergo datur actus singularis deliberatus qui non est bonus neque malus. primo non est mala transgressiue: quia non fertur in obiectum prohibitum: nec habet circumstantiam malam prohibitam. Igitur non est mala transgressiue. Nec est mala omissiue: quod patet: quia non est carentia alicuius debiti pro tunc inesse / quia per suppositionem non obligatur tunc fortes ad amorem dei vel ad actum referibilem: ergo talis actus non est malus malitia omissionis. [Hic potest dici / licet absolute non obligetur fortes pro tunc diligere deum / tamen obligatur ex conditione: quia si eliciat actum referibilem / tenetur referre / per illud apostoli: *Diis in gloriam dei facite.*] forte dices quod sufficit relatio habitualis et actus naturalis est referri. igitur est bonus. Contra. vel per referri habitualiter intelligis esse ex habitu referendi: scilicet ex habitu dilectionis dei: vt videtur dicere Greg. in secundo dist. xxxviii. vel intelligis aptitudinaliter: id est esse aptum naturaliter referri. non primum: quia nunquam habitus causat immediate actum differentem specie ab illis ex quibus generatur est. sed possibile est quod nunquam habuerit habitum dilectionis dei. igitur. non secundum: puta quod habitus liter referri. id est aptitudinaliter natus sit quantum est ex se / referri: quia ille actus est eque naturalis referri in vanam gloriam sicut in deum: et eadem ratione qua dices bonum propter aptitudinalem referibilitatem in bonum finem: eadem ratione dicam quod erit malus propter aptitudinalem referibilitatem in malum finem. Item multum apparet arguitur quod sit dabilis actus medius inter bonum et malum moraliter. dicit. S. Bonauentura: Si actus ordinatus in bonum finem / cadat super materiam debitam: est bonus. Si autem non ordinatur: et hoc prouenit propter inordinatam conuersionem ad creaturam: est malus transgressiue. vel est propter negligentiam operantis qui tunc tenetur referre / et non refert: et sic est malus omissiue. vel hoc est propter fragilitatem: et sic est actus medius. Ideo dicit: quando cum actus cadit super materiam debitam / et non elicitur pro

Additio.

pter aliquem finē / est indifferens. in primis nō est bonus: quia ad bonitatē nō sufficit habitualis relatio. similiter nō est mal⁹: quia cadit super materiam debitam: et nō caret circumstantia quam pro tūc debeat habere. igitur. [Hec ratio est apparen⁹: et mihi dicendum videtur cōsequēntē ad bonauēturā q̄ ista volitio / volo leuare festucā propter deū / est act⁹ indifferens.] Et ad argumēta part⁹ aduerse: cum arguitur: vel est cōformis dictamini et c. Dico q̄ ē cōformis dictamini recto. ergo est virtuosus / nego cōsequēntiā: quia nō sufficit q̄ sit cōformis dictamini recto quādo illud nō dictat vniuersaliter de omnibus circūstantijs requisitis ad bonitatem moralem. non enī tale dictamē dictat de fine q̄ requirit. Ad secundū dico q̄ aliqua circūstantia deficit: nec cuiuscūq; circūstantie requisite defect⁹ sufficit ad malitiam. Contra. ergo act⁹ factus per ignorāntiam inuincibilem / nō esset bon⁹: sed malus. patet / circūstantia aliqua deficit. Dico q̄ ignorātia inuincibilis excusat a toto: qz illa excludit vnam circūstantiam requisitā / ad quam eliciens actū pro tūc nō tenetur. Ideo si pro tūc non obligetur ad illā / cuius requiratur ad bonitatem: tūc defectus illius non causat malitiā. Ad tertium cū inferatur / ergo est fruitio / nego consequēntiā: quia ad frui requiritur q̄ feratur in obiectū tanq̄ in vltimum finem et summum bonum. Ad auctoritatē Greg. in homilia / dicit Bonauentura q̄ caret rectitudine quando homo obligat sibi dare tūc: sed nō caret quādo pro tunc nō tenet. Alias auctoritates / puta Omnia in gloriā dei referte et c. expōit Bonauentura loco preallegato. vide si vis. Ex dict⁹ apparet q̄ opinio ponens actum medium inter bonū et malū morale / est probabilior.

Additio.

*o est malus nō
dicitur. sed debz
sic fieri ex on
Ignoran
tia inuincibilis ex
cusat a
toto. circūstantia
deficit quā
tenet habere
o est malus
q̄ tunc cōsequēntia erit bona
tome illi dicit
An vultis si de
tas sine gra possit
bene moraliter agere.
in omni
tio nō tenet
illi habere
pro illo tunc*

De volūtate an possit sine gratia bene moraliter agere. Cap. xv.



Consequenter queritur vtrum voluntas sine gratia possit bñ moraliter agere. pro solutiōe respōdet q̄ hoc dupliciter potest itelligi. Uno modo q̄ possit bñ agere sine illo habitu supernaturalit infuso / q̄ efficiuntur formaliter grati deo. Alio mō q̄ possum⁹ sine grā bñ moraliter agere / hoc ē sine grā ḡt⁹ data. i. sine iuuamine dei ḡtuito: siue sit habit⁹ infus⁹ / vel aliq̄ cognitio a deo imissa: vt exhortatio / vel specialis mod⁹ agendi. De primo sensu / vide licet vtrū sine gratia gratum faciente possumus bene moraliter agere: aliqui doct. dixerūt q̄ nō: vt eliphaz. prima dist. de fruitione: imo dicit q̄ quibet actio facta extra gratiā: est peccatū. Etiam fuit opinio brauardini: vt ait Dionys. in secūdo. Alij tenent cōclusionem oppositā / q̄ vides

probat sic nā sicut fit in naturalibus sic debet fieri
in gratiis sed in naturalibus anteq̄ forma introducat in mā
requirit dispositio in ipsa ma De voluntate. i etia in or a

requirit dispositio
tantis requisitis
positio premium
peccatore ad hoc
q̄ introducat or
in ipso: pro
bona etia antori
tate. s. conuerti
mim ad
me & coo
co. n. r. t. r. g. e. r. s.

licet aliqs de lege sine gra gratū faciēte potest bene mor
raliter agere. Patet supponendo primo q̄ de lege anteq̄
qs resurgat a peccato / requirit dispositio p̄ua in ipso pecc
atore. ista suppositio ab omnib⁹ cōcedit / vt habet Scot⁹
dist. xiiij. quarti sentētiarū: r fundatur etiā in sacris scri
ptis: qz nisi hoc esset verū / esset difficile saluare q̄ de⁹ nō
esset acceptator psonaz: quia nō videtur ratio quare dat
gratiā vni / r nō alteri / nisi quia vn⁹ se disponit ad illā / al
ter nō nō. Secūda suppositio est q̄ illa dispositio sufficiēs
ad gratiam / nō est solū non ponere peccatū / siue pure ne
gatiue se habere respectu peccati (qz alias dormiēs q̄ pec
cauit / qui nullū actum habet / esset dispositus ad illā suffi
cienter / quia nō actu peccat) s; est actū positium habere.
¶ Hoc supposito / patet q̄ qs sine gra potest bene mor
raliter agere: quia qs potest resurgere ad gratiā de lege.
ergo potest habere quandā dispositionem requisitā ad
gratiam. illa dispositio vocetur. a. Tūc quero vtrum. a. sit
actus bon⁹ / vel malus. si secundum: ergo nō est dispositio
ad gratiā / immo indispositio: quia peccatū indisponit. si
vero. a. sit bon⁹ actus: ergo ppositum: puta q̄ quis potest
bene moraliter agere sine gratia. ¶ Secundo probat ea
dem cōclusio. aliquis extra gratiam potest mereri p̄miū
temporale / r nō per actū malum neq; indifferentē: q̄ ex
tra gratiā potest bñ moraliter agere. patet añs Exodi p̄
mo de obstetricibus egyptioꝝ / quibus dñs iussit edifica
ri domos / p̄pterea qz meruerūt aliquid temporale / saluā
do pueros iudeorū. Tūc dicit Greg. Eo q̄ erāt in pctō / me
ruerunt solū t̄pale: r tamen meruissent eternū / si nō fuis
sent in pctō. Tūc arguitur sic. meruerūt apud deū premi
um tēporale. q̄ sine gratia potest qs mereri ap̄ deū p̄mi
um tēporale: r per q̄ns bene moraliter agere extra grām:
sed illō bene agere nō ē meritoriū vite eterne. patet. i. ad
Cor. xiiij. Si oēs facultates meas in cibos pauperū distri
buero / charitatē autē nō habuero: nihil mihi p̄dest. hoc ē
ad vitam eternā. Utrum tale bonū opus extra charitatē
factū / possit esse satisfactorium p̄ pena peccat⁹ debita? Di
cit sanct⁹ tho. q̄ nō est meritoriū apud deū remissiois cui
uscūq; pene. Alii dicit Scot⁹ / r meo iudicio pbabili⁹ / q̄
talia opera extra charitatē facta possūt esse satisfactoria
p̄ pena tēporali pctō debita. patet: qz p̄ talia opera possu
mus mereri aliquid tēporale / vt p̄batū est: r illa pena est
solū aliquid tēporale / ergo. ¶ Alia q̄stio. Utrū sine gratia
gratū faciēte possit homo q̄dlibet pctm vitare? hāc q̄stio
nem bene tractat Durād⁹ in. ij. r dicit q̄ qdā sūt peccata
quia contraria legi nature naturaliter nob̄ insite: r de ta
libus dicit q̄ sic. nā bene sequitur / aliqs actū virtutis s;

Aliqs eē
gram pot
mereri p̄
miū tem
porale.

Duplicia
sūt pctā.

ne gratia potest elicere scdm oem virtutē morālē et polli-
 ticā: ergo quodcūq; vitium oppositū tali virtuti sine grā
 potest vitare: vt fortes existens in peccato/vitiū intempe-
 rātie sine gratia subueniēte pōt vitare/ et similiter quod-
 cūq; peccatum oppositū actibus preceptorū que sunt le-
 gis pure nature. Alia sunt peccata que non sunt opposita
 virtutibus morālib⁹: nec sunt cōtraria preceptis legis pu-
 re naturalis: sed alicui⁹ legis supernaturalis nobis a chris-
 to tradite: vt non suscipere eucharistiā / vlt suscipere indig-
 ne: nō suscipere baptismū / vel suscipere indigne rē. Hoc
 supposito dicit Durādus cōtra sanctum bonauēturam: qd
 datur aliquod peccatū quod homo non potest vitare sine
 gratia gratū faciēte: vt patet de peccatis oppositis prece-
 ptis legis euāgelice: vt gratia exempli p tempore quo for-
 tes tenet suscipere eucharistiā / bene sequitur: p tēpore. a.
 fortes tenet suscipere eucharistiam: vel suscipit / vel nō. si
 secūdum: peccat. si primū: vel facit sufficientē dispositio-
 nē de qua est preceptū: p robet aut seipsum homo. vel nō
 disponit se sufficiēter. Si primū: ergo est in gratia: qz ois
 sufficiēs dispositio cū displicentia peccatorū / ponit homi-
 nē in grā. Si secūdū: ergo peccat suscipiendo: qd pbat
 Durādus apparenter multū: Omnis libera ommissio alicu-
 ius circumstantie requisite actui / facit actū vitiosum. sed
 ommissio sufficiētis dispositiōis est libera: et est circumstantia
 requisita ad suscipiēdū digne illud sacramentum. ergo ta-
 lis facit actū vitiosum: ergo illa susceptio est vitiosa. Cōfir-
 matur. si excusaret talis insufficiēter disposit⁹ / maxime ef-
 fet per credulitatē qua erronee credit se fecisse indaginē
 sufficientē. sed nullus error excusat nisi sit inuincibilis: et
 faciendo id ad quod tenet / talis vinceret talem errorem. s.
 credulitatem se fecisse sufficientē indaginē. ergo. Resolu-
 tio igitur est qd ista opinio videt inter ceteras pbabilior /
 vtz qd homo sine gratia gratum faciente potest bñ morali-
 ter agere / lz nō meritoze. r pbabile est qd potest satisfacere
 extra illam p pena peccato debita: pena inquā tēporā-
 li. Item potest quodlibet peccatū vitare oppositum legi
 nature naturaliter nobis insite.

Libera om-
 missio cir-
 cūstantie
 requisite
 facit ac-
 tū vitiosū

Resolutio.

CAn sine auxilio dei speciali possimus be-
 ne moraliter agere.

Ca. xvi.



Idendū est quantū ad secūdū membrū di-
 stinctiōis supraposite: vtrum sine gratia gra-
 tis data / siue sine auxilio gratuito / siue sine
 auxilio speciali possim⁹ bñ moraliter agere.

e iiii

De actione morali.

Deus dupliciter dicitur coagere specialiter. **Primo declaratiōe:** notandū q̄ deus dicitur dupliciter coagere specialiter alicui creature. primo modo quādo deus concurrat cum creatura ad faciendū seu p̄ducendū effectū insolitū p̄duci a tali creatura. Alio modo quā facit ipsam creaturā esse causam alicui⁹ effectus cuius alias nō posset esse cā. primo modo dupliciter adhuc intelligit̄. Uno modo qz coagit ad effectū maiorem p̄ducendū q̄ sit illa causa nata p̄ducere: vt si sol esset solū aptus natus producere lumē vt octo: et deus coageret illi ad producendū vt duodecim. Alio modo qz licet nō coagat deus ad maiore effectū producendū q̄ sit illa causa nata p̄ducere: coagit tamē ad ipsum producendū in tempore breuiori q̄ posset illa causa producere: vt sit ignis potēs producere caliditatem vt octo: sed non potest nisi in hora producere. si deus faciat q̄ p̄ducat in media hora: tūc specialiter coagit ad illā producendam. Secūdo modo deus dicitur principaliter alicui cause coagere: quādo illā causam facit eē causam alicuius effect⁹ cuius nō est sufficiens causa cū cōcursu generali. Et de isto mēbro est questio an volūtas ex sua virtute naturali sit impotēs ad producendū actū bonum: et q̄ p̄ducat: hoc est qz specialiter deus coagēs facit illā esse causam illius effectus. De ista questione sunt due opīones communes. vna est Greg. in secūdo dist. xxvij. q̄ volūtas ex se est impotēs ad p̄ducendū actū bonū: et etiam si p̄ducat: hoc est propter deum specialiter cōcurrētē: faciētē q̄ talis sit causa. probat auctoritatibus et rationib⁹. primo supponēdo duo. primū q̄ fideles nō absq̄ causa rogāt deum vt prestet eis auxiliū ad vitādū peccata: et ad actus bonos eliciēdos. Secūdo supponit q̄ aliter indigem⁹ auxilio dei ad bene q̄ ad male operādū (nā notum est cuilibet q̄ nō potest ab ipsa volūtate quecūq̄ operatio p̄duci quin deus partialiter cōcurrat: siue bona: siue mala fuerit) alias nra peccata essent ita equaliter attribūda deo: sicut bona opera: et nō essent agēde deo gratie propter bonas operationes: nisi aliter p̄currat deus ad bonas q̄ ad malas: et frustra rogarem⁹ deum vt prestaret adiutoriū ad operationes bonas. Patet: si ex mea natura et potestate sum potēs ad p̄ducendū bonam operationē: ergo nō indigeo iuuamine extrinseco: ergo frustra rogare deum et c. Secūdo patet: qz deus nō aliter concurreret ad actiones bonas q̄ ad malas si solo cōcursu generali concurrat ad bonā. hāc deducit Greg. contra Pelagianū: volēs dicere q̄ oppositum fuit error Pelagij. ¶ Contra hāc opinionē fit argumētum difficile. bene sequit̄. eadē actio que nūc est bona: potest esse mala: ergo actio bona potest produci a volūtate sine auxilio speciali dei ex sola potētia

Argumētū ad probandū q̄ nō sit potēdū auxiliū speciale.

voluntatis cum cognitione. Patet antecedens. volitio quam habeo de re licita potest fieri mala: puta si perveniat prohibitio. tunc bene sequitur. hec volitio aliquando erit mala: ergo tunc ad eam producendam non requiritur concursus specialis dei: sed solum generalis sufficit. et non est difficilius nunc eam producere quam tunc: ergo eadem cause que sufficiebant tunc sufficiunt pro quocumque tempore. eadem inquam non augmentate: nec diminuate: et eodem modo applicate: semper quamdiu remanent sunt sufficientes. ergo si voluntas ex concursu sui cum concursu generali pro tempore quo volitio erit mala sit sufficiens ad producendum illam volitionem: eadem cause eodem modo se habentes erunt sufficientes ad illam producendam. et si producatur erit bona. igitur. Dicitur communiter ad hoc argumentum: quod illa volitio erit alterius speciei: quia aliter concurrit deus ad ipsam quando est bona: et aliter quam est mala: et ex tali concursu inferitur distinctio specifica actus. Contra. bene sequitur. deus concurrit specialiter: et est in sua potestate non concurrere. ponatur quod non concurrat specialiter. tunc sic. pro tempore crastino potero cum concursu generali elicere talem volitionem: ergo nunc possum elicere volitionem eiusdem speciei. supposito quod nunc deus concurrat specialiter: ista volitio nunc est bona: quia conformis dictamini recto / cadens super obiectum convenientem / et propter bonum finem. ergo nunc ista est bona moraliter: et ad eam non concurrit specialiter: sed generaliter. ergo propositum. Alio modo arguitur sic. Socrates qui iam habet ignorantiam invincibilem de berta quod sit sua: habet istud dictamen: hec est a me cognoscenda: et illud est verum. ideo volitio conformis illi erit bona moraliter. Tunc arguitur sic. est possibile successu temporis quod illud dictamen erroneum invincibile efficiatur vincibile: tunc illud erit falsum: hec est a me cognoscenda: et illa volitio continuata efficitur de bona mala propter illud dictamen. tunc pro tempore quo efficitur mala / ex solo concursu voluntatis producitur: ergo pro isto tempore quo tale iudicium est verum propter errorem invincibilem / supposito quod non concurrat specialiter: ex concursu voluntatis et dictamine elicio talem volitionem quando efficitur dictamen falsum. ergo sine speciali concursu potest bene moraliter agere. Ex doctrina Beati. potest facile responderi ad hoc argumentum. nam apud eum sunt aliqui actus necessario boni / sicut dilectio dei super omnia / que est necessario bona operatio. et illud dictamen / diligendus est deus a me sup omnia / est necessario verum. Tunc diceret consequenter quod ad illud dictamen necessario bonum ut elicatur / necessarius est specialis concursus. Dicit iterum quod ad hoc quod alij actus contingenter boni sint boni: requiritur quod actualiter vel habitualiter imperentur a dilectione dei / que necessario est bona: et ad ea

non:~

De bonitate et malitia

les actus contingenter bonos quibus non requiratur percursus specialis immediatus / requiritur tamen mediatus : quia requiritur dilectio dei / ad quam concurret immediate specialiter. Alii ut Scotus tenent oppositum / quod ad bene agendum moraliter sufficit percursus dei generalis : et non requiritur specialis. Et hoc non fuit error Pelagii / dicentis quod natura erat sufficiens ad omnes actus bonos : sed quia non ponebat charitatem necessario requisitam ad merendum.

De bonitate et malitia habituum.

De bonitate et malitia habituum in generali. Ca. xvij.



Distans determinatum est de bonitate et malitia actuum : consequenter agendum est de bonitate et malitia habituum. Et primo in generali queritur in qua potentia sit ponendus habitus : an indifferenter in omni : vel in aliqua / et in aliqua non ? Quod non sit ponendus habitus in qualibet potentia / notum est : quia in lapide ex frequenti descensu deorsum / non causatur habitus. Similiter dicendum de alijs agentibus pure naturalibus. Restat ergo procedere quod in aliqua sit ponendus / et in aliqua non. sed quare potius in una quam in alia ? Dicunt aliqui doctores. Quando aliqua potentia est ita determinata quod non potest in contrarium : in illa potentia non est ponendus habitus. Sed quando potentia est indifferens ad duo opposita / quia potest in unum / et in aliud : in illa est ponendus habitus. Exemplum primum : Lapis est potentia determinata ex se solum ad motum deorsum : et si moueatur sursum / hoc est ab alia potentia. ideo in lapide ex frequenti motu deorsum / non causatur habitus. Exemplum secundum : ut voluntas potest velle et nolle : et propterea ex frequenti elicitione volitionum causatur habitus in ipsa inclinans illam ad similia velle eliciteda illis ex quibus genitur est. Similiter dicendum de nolle. ¶ Sanctus Thomas dicit quod non est ponendus habitus dilectionis dei acquisitus : quia voluntas est ita determinata ad dilectionem dei quod non potest in oppositum : secundum eum. ideo non causatur habitus inclinans ad dilectionem dei. et de deo clare viso est sermo. ¶ Contra. sequitur quod in intellectu ex frequentibus assensibus primorum principiorum non causaretur habitus illorum. sed hoc est falsum. consequentia patet. intellectus est ita determinatus ad assentiendum primis principijs per se notis / quod non potest illis dissentire / nec assentire contradictorijs eorum : ergo non ponuntur habitus in intellectu respectu primorum principiorum. sed hoc est falsum. quod patet. Aristoteles inter habitus ponit habitum qui vocatur intellectus / inclinans ad assensum primorum principiorum. Item post frequentationem assensuum circa prima principia / homo precipit se magis propterea ad assentiendum illis : et fortius assentit quam prius. ergo. ¶ Propter hoc argumentum quod habet apparentiam ; videtur

In qua potentia sit ponendus habitus.

Quod respectu primorum principiorum per se notorum non ponatur habitus in intellectu. Unde dicit Scotus in secundo: Sicut non ponitur habitus causatus ex notitijs intuitivis: ita similiter notitijs apprehensivis primorum principiorum per se notorum positus non est in potestate intellectus quin assentiat illis. ergo non est ponendus habitus in intellectu inclinans ad assentiendum primis principijs. Et ad Aristotelem dicitur quod intellectus habitus inclinatus ad assensum principiorum non primorum / quod non sunt per se nota: sed nota per experientiam / vel aliunde / et non ex terminis. Ideo respondetur conclusivè et probabiliter: ¶ Quando potentia est ita determinata quod potest in istud / et non potest in oppositum: et positus omnibus necessario requisitis / necessario coagit: tunc in tali potentia non est ponendus habitus. Sed quando potentia est indifferens ad duo opposita: vel quis non sit indifferens ad duo opposita / est tamen ita indifferens quod omnibus necessario requisitis ad productionem illius positus / non necessario coagit: tunc in tali potentia est ponendus habitus. Exemplum primum / ut respectu temperantie ponitur habitus. Exemplum secundum / ut respectu felicitatis. nam nullus potest nolle felicitatem: nec velle summam miseriam. Secundum communem opinionem voluntas est ita determinata ad unum / quod non potest in contrarium: sed tamen omnibus necessario requisitis ad productionem felicitatis positus: voluntas non necessario coagit / immo potest suspendere actum suum. Ideo in ordine ad felicitatem debet poni habitus inclinans etc. sed intellectus est ita determinatus ad assentiendum primis principijs: quod omnibus necessario requisitis positus / puta simplici apprehensione etc. non potest quin assentiat. igitur respectu illorum non ponitur habitus. ¶ Melius est dicere utrobique: quando aliqua potentia sic se habet quod per assuetudinem facilius exit in oppositum quam sine assuetudine utrobique: in illa potentia ponendus est habitus. quare respectu primorum principiorum ponendus est habitus. In bruto et in appetitu sensitivo patet illud. nam non probatur habitus nisi per hoc quod facilius potentia exit in actum. ergo ubicumque hoc reperitur / debemus ponere habitum / et in nullo alio. ¶ Notandum quod non reperiuntur potentie in quibus ponatur habitus immediate / nisi intellectus et voluntas: quia iste potentie non sic ad aliqua determinantur / qui possint in opposita. nam dato quod voluntas ad aliquid sic determinetur: tamen in libertate sua est ponere vel non ponere illud. Similiter in assensu conclusionis respectu fidei non sic est: quoniam intellectus non ita necessario determinatur assentire conclusioni / quin possit per argumentum sophisticum ei dissentire: neque ita determinatur ad habendam fidem / quin possit per rationem probabilem habere opinionem: et ideo non ponitur habitus immediate nisi in intellectu et voluntate.

Additio.

De bonitate et malitia

Prima propositio
non quilibet
actus producit habitum.

Secunda propositio.
Maxima

Consequenter videndum est quomodo causatur ista bonitas habitualis: an a quolibet actu causetur? Respondetur per tres propositiones. Prima: non quilibet actus cum elicitor seu cooperatur causatur: causatur aliquid de habitu. Probatur. capio unum intentionem peractum qui elicit actum temperantiae. Jam iste actus non causatur habitum temperantiae. Probatur: quia non potest esse habitus temperantiae simul cum habitu opposito: scilicet intemperantiae: immo oportet quod primo alius habitus corrumpatur: sed ille non illico corrumpitur. ergo. **Secunda propositio.** Omnis actus reperitur subiectum neutrum. id est non magis inclinatum ad hoc quam ad aliud: in quo potest produci talis habitus: et non habituatum ad hoc nec ad oppositum: causatur aliquid habitus. Probatur. quancumque aliquid agens est sufficiens ad producendum aliquem effectum: medietas illius agentis sufficit producere medietatem illius effectus. Ergo si actus multum intensus sufficit causare habitum: sequitur quod medietas illius actus. id est actus in duplo minor intensus sufficit causare habitum in duplo remissio. et adhuc per maximam predictam actus adhuc in duplo minor sufficit: et adhuc in duplo minor: et sic in infinitum. **Probatur secundo.** Quod docuit sunt duo eiusdem speciei specialissime agentia pure naturalia solum differetia penes magis et minus: si intensum potest in aliquem effectum: minus intensum potest in similem effectum: licet etiam minus intensum: ut calor potest producere calorem in manum: in duplo remissior calor potest producere remissiore calorem in manum. et adhuc remissior calor hoc poterit. et breuiter non est dabilis calor qui possit aliquid caloris in manum producere. et hoc ut suppono: seclusa resistetia. **Et sic concluditur quod omnis actus potest producere aliquid habitus: sed illud non vocatur habitus: cum deficiat pernotatio: scilicet quod sit de difficili mobilis a subiecto. sed vocatur dispositio: scilicet quando actus est ita remissus quod non valet habitum permanentem producere: sed solum aliquid remissius: eiusdem tamen rationis cum habitu.** **Contra istam maximam instat apud Ockam quarto quilibet de notitia intuitiva: quod causata a propinquo et non a remoto: sufficit causare iudicium quod fortes sit homo: et tamen ipsa causata a propinquo non differt a se causata a remoto: nisi penes intensum et remissum. igitur.** Respondetur apud Ockam in prologo sententiarum questione prima: quod notitia intuitiva forte cum sola specie visibili non est sufficiens causare iudicium affirmatiuum: immo potius iudicium negatiuum: quo scilicet iudicatur quod fortes non est: ut si a solo deo conseruaretur forte non presente: quia ad hoc quod possit cum specie visibili causare iudicium affirmatiuum: requiritur obiectum presens quod concurrat cum eis ad causandum illud iudicium affirmatiuum. Secundo supponitur et est notum in philosophia quod agens naturale aliquando est pos-

De secunda resistetia naturali
insistit quilibet naturalis
Dicitur calere ut deo John
per resistetia ut deo John
Et deo non producat calorem
De notitia intuitiva an
possit causare iudicium.

tens solū a p̄pinquo producere vnū effectū: ⁊ nō a remotis: ⁊ tñ a remotis est natū et potens causare aliū effectū: vt lumen solū a propinquis p̄t. p̄ducere calorē: ⁊ tñ a remotis p̄t p̄ducere lucē. sic de obiecto d̄z q̄ a propinquis solū p̄t producere ⁊ concurrere ad iudiciū affirmatiuū: puta q̄ sit sortes: ⁊ a remotis p̄t p̄ducere notitiā intuitiuā sui. Dico igit̄ q̄ non p̄uenit rōne notitiē intuitiue q̄ a propinquis causat̄ illud iudiciū affirmatiuū: ⁊ non a remotis: sed hoc solū prouenit ab obiecto: ⁊ hoc ideo qz obiectum est talis nature: seu qz obiectū est obiectū. nam illa notitia intuitiua q̄tū est de se: est nata cōcurrere cum obiecto ad illud iudiciū causandū: siue a remotis: siue a p̄pinquis: siue intēsa: siue remissa. Unde dico q̄ si illa notitia intuitiua remissa que causat̄ ab obiecto remoto: maneret oīno eque remissa: obiecto tñ appropinquato causaret cum obiecto iudiciū affirmatiuū q̄ sortes est: licet illud iudiciū etiā esset minus intensum: ⁊ valde remissum.

¶ Aliud argumentū contra illā maximā: scz q̄ oīs actus quantūcūqz remissus causat aliqd̄ habitus in subiectum indifferens. sequeret̄ q̄ ab aliquo habitu causaret̄ aliquis act⁹: ⁊ idē habit⁹ causaret̄ ab eodē actu causante illū habitū: ⁊ sic idē esset prius ⁊ posterius seipso: ⁊ causaret suā causam: quo nihil est impossibili⁹. igit̄. p̄ter antecedēs. capio sortē qui nullū habitū habet temperantie: nec intēperantie: et incipiat elicere actū tēperantie partibiliter: q̄ in fine hore erit intēsus vt octo. tunc sic. ī fine hore erit habit⁹ p̄duct⁹ ab illo actu: et sit. b. ⁊ ille act⁹ sit. a. tūc. a. p̄ducit. b. ⁊ a. producit̄ ab ipso. b. p̄z. ⁊ diuido vtrūqz p̄ partes proportionales maioribus terminatis versus instans presens initiatiuū. tunc prima pars. a. p̄ducit primā partē. b. ⁊ prima pars. b. producit secundā partē. a. patet: qz p̄cedit eam: ⁊ est nata p̄ducere consimilē actū a quo producta est. igitur. ⁊ vltra. secūda pars. a. producit secundam partē. b. ⁊ secūda. b. tertiā. a. ⁊ sic in infinitū. igitur.

¶ Respondet̄ negādo sequelam. ⁊ concedo q̄. a. producet totū. b. ⁊ negatur q̄. a. producat̄ a. b. Et ad probationē: aliqua pars. a. producet̄ a. b. concedo. ⁊ aliqua pars. b. producet̄ur ab. a. concedo. ⁊ iterum alia pars. a. producet̄ur a. b. et sic consequenter: igit̄. a. producet̄ur a. b. negatur consequentia. Et sit prima propositio: Cuiuslibet partis actus a. aliqua producit̄ ab habitu. b. siue ab aliqua parte habitus. b. ⁊ tamen est aliqua pars actus. a. que non producit̄ ab habitu. b. scilicet prima medietas que non producit̄ur a. b. Prima pars probatur: quia quacūqz parte data: illa habet duas medietates: quarum secundam p̄cedit aliqua pars habitus. b. que concurrebat ad producendū illā

Prima p̄positio.

De corruptione

Secunda p:
positio.

secundam partem. Et secunda pars probat: quia prima me-
dietas secundum cuiuslibet sui aliquid precessit quolibet par-
tem. b. et totum. b. igitur. Secunda propositio. Quolibet
pars. a. producit aliquid. b. et tamen multe producuntur a. b. et
hoc non inconuenit respectu diuersarum partium. nam
nunquam eadem pars producitur ab illa parte quam produ-
cit: sed secundum diuersas partes actus. a. producit. b. et contra.
¶ Sed est impossibile et implicat quod una pars adequata
actus. a. producat unam partem adequatam habitus. b. et
quod illa producat illam partem actus. a. a qua est producta
illa pars habitus. b. nam sicut implicat quod aliquid sit prius
et posterius tempore seipso / ita et natura.

¶ De corruptione habitus. Capitulum. xviii.



Factum est quod non semper quilibet actus producit
aliquid de habitu / quando est in subiecto resisten-
tia habitus contrarij. Secundo dictum est: quando in sub-
iecto non est habitus contrarius: quilibet actus
est sufficiens ad producendum aliquid eiusdem spe-
ciei cum habitu. Unde si magnus actus suffi-
ciat producere actum intensum: quilibet eiusdem speciei diffe-
rens solum penes intensum et remissum ab illo propter remissio-
nem / erit sufficiens producere habitum licet remissum. Nunc
vero agendum est de corruptione habitus: utrum videlicet cor-
rumpatur habitus solum per actus contrarios actibus ad quos
inclinat? Arguitur quod non: quia si sic / apud ponentes habitum
circa prima principia per se nota / ille habitus esset incorrup-
tibilis: quia non potest haberi actus contrarius: hoc est dissen-
sus circa prima principia / vel assensus contradictorius. ¶ Si-
militer habitus genitus ex actibus quibus appetimus bea-
titudinem / non est corruptibilis / quia non potest haberi actus
contrarius: cum nemo possit nolle beatitudinem / vel velle mi-
seriam. ergo ille habitus esset incorruptibilis. ¶ Preterea alij
qui habitus corrumpunt per solam cessationem / sine positione
actuum contrariorum. Patet. experientia docet / si aliquis alicuius
conclusionis habitum ex multis actibus acquisiuerit: et longo
tempore perseueret sine actu ad quem inclinatur talis habitus / illi
obliuiscetur: et erit corruptus: et non per contrarios actus: ergo cor-
rumpitur habitus per cessationem ab actu / et non solum per actus tra-
rios. ¶ In oppositum arguitur: habitus remanet sine actu ad
quem inclinatur / etiam in esse intenso per aliquod tempus. ergo si non
supueniat alia causa quam cessatio ab actu: talis habitus mane-
bit in perpetuum. Propter istud habitus in isto tempore non dimittitur: et iste
habitus in isto tempore habet omnes causas seruantes / et non deficit aliqua re-
quisita ad seruationem. sed in quocumque magno tempore cesset / dum non
ponatur actus contrarius / remanet eadem cause seruantes. et si
habitus corrumpatur / solum corrumpitur per contrarios actus.

De corru-
ptione ha-
bitus.

C Pro solutione notā dū in cōmuni philosophia q̄ aliquē effectū
 effectū corrumpi nō cōtingit nisi tripliciter. ⁊ adhuc duo corrumpi
 illorum modorū corruptibilitatis sunt per accidens: ⁊ ali⁹ non con-
 est per se. Primo corrumpit̄ aliquis effectus p̄ corruptio- tigit nisi
 nē subiecti: ⁊ isto modo corrumpuntur sensationes existē- tripliciter.
 tes in brutis: que sunt immediate in anima sensitiva: que
 post mortē bruti nullo modo remanēt: immo omnino cor-
 rūpūnt. talis eī corruptio sensationū est per corruptionē
 subiecti ⁊ per accidēs. Secūdo modo corrumpit̄ a accidēs
 per accidēs: non per causam cōtrariā: sed solum per defe-
 ctū cause conseruantis: vt per absentia corporis luminosi
 corrūpitur lumen. Similiter notitia intuitiua corrumpit̄
 p̄ accidēs: scz per absentia obiecti. Alio modo corrumpit̄
 effectus per se: scz ad positionem cause cōtrarie: ⁊ hoc vir-
 tualiter v̄l formaliter. Virtualiter videlicet quādo potest
 p̄ducere effectū contrarium. Unde actus temperātie nō
 est cōtrarius formaliter habitui intemperātie: qz se cōpa-
 tiunt̄ in eodem subiecto: sed solum virtualiter: sicut aqua
 cōtrariatur virtualiter caliditati: qz potest p̄ducere frigi-
 ditatem: q̄ cōtrariatur caliditati. **C** hoc supposito vidēdū
 est de corruptione habit⁹: ⁊ hoc loquendo de habitibus in
 anima intellectiua: qz nō est difficultas de habitib⁹ in ani-
 ma sensitiva: cū corrumpantur ad corruptionem eius: cū
 sit corruptibilis: sed solū loquimur de habitib⁹ in subiecto
 incorruptibili per naturā: vt est anima intellectiua: ⁊ simi-
 liter loquimur de habitib⁹ acquisitis: ⁊ non infusis: q̄ cor-
 rumpuntur per cessationē conseruātis: scz dei: p̄pter no-
 strū demeritū. Si ergo habitus acquisitus naturaliter nō
 corrumpit̄ per corruptionē subiecti: qz est in subiecto in-
 corruptibili: quomodo ergo corrumpitur? oportet ergo q̄
 vel per cessationē ab actu: vel per positionē actū cōtra-
 riorū actibus ex quib⁹ genitus est. Sanct⁹ Tho. p̄ma sc̄de
 q. liij. dicit q̄ habit⁹ nō possunt corrūpi per se: sed solū per
 accidēs: puta per cessationē: in quatu ex illa cessatiōe po-
 nit̄ act⁹ cōtrarius. cessatio eī permittit actū cōtrarium:
 quē nō p̄mitteret non cessatio. nec corrūpūtur ad desitio-
 nē conseruātis: qz non dependēt a cōseruāte nisi in p̄du-
 ci: et nō in cōseruari. Dicit. S. Tho. ibidem: ⁊ cōsequenter
 Ockā in quarto questiōe. xij. q̄ habitus quicunq̄ existens
 in intellectu nō potest corrūpi nisi per positionem actū
 cōtrariorū: vel per desitio nē alicuius necessario requisiti
 ad conseruādum illū. Et ad argumēta: sequitur q̄ ille ha-
 bitus circa p̄ma principia esset incorruptibilis: cōcedo: et
 hoc sustinēdo q̄ intellect⁹ nō potest dissentire p̄mis prin-
 cipijs. Similiter habitus qui causat̄ ex volitione qua desi-
 derō beatitudinē: qz non possū nolle: q̄uis possim cessare.

Mod⁹ cor-
 ruptiōis
 habit⁹ in
 subiecto
 incorruptibili.

De corruptione habitus.

Ockam tñ tenet oppositū in fine tertij: s; scđm opinionē cōmunē ille habitus est incorruptibilis per naturam qui causat ex actib⁹ volendi beatitudinē: & ex actibus nolēdi miserā. sed de habitu sciētie: aliquis est diu habituat⁹ circa aliquam cōclusionē. si diu cesset ab actu: non poterit elicere actū: & nō est corruptibilis per actus cōtrarios. opz g̃ q̃ per solā cessationē ab actu. ¶ Respōdet Ockā in quarto questione predicta in solutione p̃mi dubij dicēs. ṽl corrumpitur habitus: q; deus per cessationē diuturnā actū definit cōseruare. vel corrūpitur quia in corpore sunt alie que qualitates producte ab actibus illis que p̃ alterationem corrumpūtur: que necessario requirunt ad cōseruationē habitus: pro quanto ille qualitates intēse requirunt ad hoc q̃ sensus cois habeat suos act⁹: et ad desitionem specierum sensitiuarū in parte interiori p̃pter alterationē illarū. ¶ Dico tertio q̃ ille idē habit⁹ manet. Cōtra. post diuturnā cessationē non pōt recordari illius cōclusionis. Verū est. & non nisi p̃pter defectū illius habit⁹. nego: imo p̃pter defectū alicui⁹ cause q̃ necessario req̃rit cū itellectu & habitu ad exeundū in actū. et illa causa est aliqua qualitas corporalis extēsa in phātasmate que corrumpit ad desitionem specierū sensitiuarum in parte interiori p̃pter alterationē. Ideo nō est ex cessatione ab actu: sed ex corruptiōe alicui⁹ corporalis vt dictum est. [Qualitates corporee non sunt requisite ad cōseruationē habitū in anima. Patet de anima separata que pot acquirere habitus: sed habitus p̃ hoc statu nō potest exire in suū actū nisi mediante corpore quod alterat crebriter: ad cuius alterationē impeditur actiuitas habit⁹: sicut anima in hoc corpore nō potest videre indiuisibilia: secus est de anima separata. Hieronymus in p̃logo biblie ait. Discam⁹ in terris quorū sciētia remanet in celo. Nota q̃ si caro maneat inalterata: homo exire ita facile in actum in senectute sicut in iuuetute: sicut dicit Aristo. primo de animalib⁹ si senex haberet oculū iuuenis rē. In patria nō erit alteratio: ergo semper potest homo exire in actū. pōt tamen homo supplere hāc corporis alterationē p̃ actū frequētationē sicut senex instrumētū supplet. s. visum ocularib⁹. I; ei anima & habit⁹ maneāt: & sint cause naturales: nō potest tamen exire in actū defectu instrumenti. Patet: quando culter fit obtusus: & manet eadē manus & cultell⁹.] ¶ Et ista est resolutio cōmunior & p̃babilior: vcz q̃ nunq̃ corrumpit habitus acq̃litus naturaliter nisi per corruptionē subiecti: vel per corruptionē cōseruantis: vel per actus cōtrarios actibus ad quos inclinatur ille habitus: q; sunt p̃ductiui habitus cōtrarij. Ex quo sequit q̃ diuiditur habit⁹ per

Additio.

*Ista Hieronymi an for illis
aduersus ad probandum
q̃ manent habitus in
hominibus post separatio
nem a corpore.*

actus contrarios. Uñ sicut ignis applicat⁹ frigidō / primo
 corrumpit vnā partē / et sic consequenter: et q̄ cito est cor-
 ruptū illud totum frigus / incipit producere calorē partia-
 liter: eodē modo fortes habituatus in habitu tēperantie
 elicit actū intēperātie. Si em̄ sit intensus / corrumpit ali-
 quid de illo habitu: et postea ille corrupto totaliter / pdu-
 cere incipiet partialiter aliquid de habitu intēperātie. et
 hoc / tenēdo q̄ qualitates cōtrarie nullo modo se p̄patium-
 tur in quibuscunq̄ gradib⁹. Et sic dicendū est de quibus-
 cunq̄ agētibus naturalib⁹. Ubi ergo nō possunt elici act⁹
 cōtrarij: tunc talis habitus nō est corruptibilis per natu-
 rā. Et dicit sanctus Thomas: quādo actus nō habēt act⁹
 contrarios / vt actus primorū principiorū: habitus illorum
 nō possunt corrumpi a contrarijs. [Non videtur mihi hec
 opinio pbabilior: immo melius est dicere q̄ per solā cessa-
 tionē ab actu / habitus pōt corrūpi. Et tripliciter effectus
 potest se habere ad causam. Uno mō q̄ simpliciter depen-
 deat in esse a cōseruatiōe cause post p̄ductionē. Alio mō
 q̄ nullo mō depēdeat a p̄seruatiōe cause post p̄ductionē.
 Tertio mō q̄ medio mō se habeat: scz q̄ si p̄ notabile tps
 nō cōseruet / naturaliter corrumpat. Exēplū p̄mī / vt lumē.
 exemplū secūdi / vt albedo. exēplū tertij / vt habitus. Et
 tūc patet q̄ habitus non habentes actus contrarios / pos-
 sunt corrumpi. facile tamē potest sustineri q̄ ex actu pri-
 mi principij nō generatur habitus.]

Additio.

De cōtrarietate habitūū.

Ca. xix.

Consequenter dicendū est de cōtrarietate ha-
 bituum. Uñ apud modernos / vt Decā in ter-
 tio / questiōe octaua / cōmuniter ponit ista pro-
 positio: Quādo cunq̄ sunt duo habit⁹: et act⁹
 ad quos inclināt / sunt incōpatibiles seu p̄tra-
 rarij: tales habit⁹ erūt p̄trarij. Et breuiter nō po-
 test cognosci cōtrarietas habitūū seu incōpatibilitas / nisi
 penes incōpatibilitatē v̄l p̄trarietatē actuū ad quos incli-
 nāt. Exēplū / actus tēperātie et intēperātie sunt incōpa-
 tibles et p̄trarij adinuicē. Sicut et habit⁹ inclinātes ad illos
 actus. Sicut assensus fidei et assensus euidēs circa eādē cō-
 clusionē / sunt incōpatibiles. ita et illi habit⁹ ad istos act⁹
 inclinātes. Ideo incōpatibilitas et cōtrarietas habitūū
 est attēdēda ex incōpatibilitate et cōtrarietate actuū ad
 quos inclināt. Patet. aliqui habit⁹ sunt cōtrarij: alias sta-
 ret aliquē esse simul tēperatum et intemperatū. et non pōt
 attēdi illa incōpatibilitas habitūū nisi penes incōpatibi-
 litatē actuū tēperātie et actuū intemperātie. igit. ¶ Cō-
 sequenter dicendū est q̄ aliquñ vn⁹ act⁹ est incōpatibilis duo-
 bus actib⁹ simul / cui⁹ habitus est cōpatibilis duob⁹ habiti-

Proposi-
tio.De p̄pati-
bilitate
actuū et
habitūū.

f

De cōtrarietate habitūū.

bus illorū duorū actuū. Ideo quibus non sit cōcedendū q̄
aliqui duo habitus sint adinuicē cōpatibiles / quorū actus
sunt incōpatibiles : nihilomin⁹ est cōcedēdum q̄ aliquis
actus est incōpatibilis duob⁹ actibus simul iunctis : et tñ
habit⁹ illius act⁹ est cōpatibilis duobus illis habitibus si-
mul iunctis illorū duorū actuū quibus act⁹ illius habit⁹
erat incōpatibilis : vt dissensus cōclusionis est incōpatibi-
lis assensibus duob⁹ / quorū primo assentio antecedēti / et
secūdo assentio bonitati cōsequentie. illi em̄ duo nō stant
cū dissensu cōclusionis : qz qui assentit maiori minori ⁊ bo-
nitati ⁊ sequētie : de necessitate assentit ⁊ clusōi / nisi obex
fuerit. ⁊ tñ habitus qui causat ex dissensu ⁊ clusōis / cōpa-
titur illos duos habit⁹. Patet minor. sit sortes q̄ dissentiat
frequēter alicui ⁊ clusōi : tūc acquirit habitū. volo q̄ fre-
quēter aduertat circa bonitatē ⁊ sequētie : et nō circa an-
tecedēs. iā causatur habitus circa bonitatem cōsequentie.
postea aduertat frequēter circa antecedēs / ⁊ nō circa bo-
nitatē ⁊ sequētie : tūc assentit aīcedēti : ⁊ ex illo assensu fre-
quēti aīcedētī causabit habit⁹. tūc talis habebit tres ha-
bit⁹ inter se cōpatibiles : qz act⁹ vn⁹ / puta dissensus / est in-
cōpatibilis cū duobus actib⁹ alterorū duorū habitūū. ergo
propositū. [Potest q̄s negare q̄ assentiet antecedēti : ⁊ di-
cere q̄ tāta ē habitūū vtrobīq̄ repugnātia / sicut actuū. et
difficile est oppositū ostendere.] ¶ Cōtra predicta arguit̄
p̄bādo q̄ sint dables duo habit⁹ se cōpatiētes p̄ducti a
duobus actibus incōpatibilib⁹ inter se. Capiō habitū opi-
natiuum. a. p̄positionis : ⁊ sortes eliciat circa. a. p̄positio-
nē assensum fidei vel assensum sciētificū. tūc sic. postq̄ eli-
cuit actū primū / nō est adhuc corrupt⁹ habit⁹ opinatiu⁹ :
et est p̄ductū aliquid de habitu sciētifico / v̄ fidei si sit as-
sensus fidei. ergo in ipso est habitus incōpatibilis cū habi-
tu opinatiuo. minor patet : qz deinceps reperiet se magis ha-
bilitatū ad assentiendū q̄ prius. Distinguo / vt dicit Oc-
kā in tertio / questioē octaua : vel q̄ reperiet se magis ha-
bilitatū priuatiue : hoc est minus habilitatū ad cōtrariū : ⁊
sic cōcedit̄ : qz est remissum aliquid de habitu habitante
ad cōtrariū. v̄ q̄ reperiet se magis habilitatū positiue : ⁊ sic
negat̄. Dicit em̄ : sicut est i formis materialib⁹ / ita in istis.
nā si ignis debeat producere calorem in aquā : opz q̄ primo
corrūpat totū frigus : deinde incipit producere calorem. Si-
militer iste assensus primo corrūpit habitū cōtrariū / de-
inde incipit p̄ducere habitū cōtrariū positiue. Aliud argu-
mentū apparētius. Sum habituat⁹ circa. a. p̄positionē
habitu opinatiuo. habeā notitiā intuitiuā / que sufficit im-
mediate causare assensum certū et euidentē de. a. p̄posi-
tione. tunc cum erit obiectū absens / ad quod terminatur

Additio.

De coefficientia habitus. Fo. xliij.

illa notitia intuitiva: formādo. a. propositionem / assentiam firmiter. illa apprehensio abstractiva cum potentia nō sufficit causare assensum firmum: quia esset per se nota. ergo preter illam apprehensionem et potentiam est aliquid in intellectu cōcurrans: et non videt nisi qd sit habitus: et sic ille habitus erit compatibilis habitui opinatiuo. ¶ Respondetur. cum sic arguitur. capiendo sortem multum habituatum circa. a. propositionem assensu opinatiuo. obijciatur ei obiectum cum notitia intuitiva. sufficit causare assensum euidentem illius propositionis. tunc sic. si post istum primum assensum remoueatur obiectum / et presentetur talis propositio: assentiet firmiter. Dico qd post talem primum assensum si solum presentet talis propositio cū notitia apprehensiva sine notitia intuitiva et sine motiuo: nō poterit assentire neq; euidenter neq; firmiter.

De coefficientia habitus. Cap. xx.

Nam videndum est de coefficientia habitus: utrum videlicet habitus coefficientiam habeat cum potentia ad actum producendum: ita qd partialit' attingat ipsum actum? Et pro nunc loquimur de habitibus acquisitis / quia postea de infusis erit sermo. Et sit prima propositio. Quilibet habitus existens in aliqua potentia partialiter concurret cum illa potentia ad consimilem effectum producendum in specie ei ex quo est genitus. Patet vnica rōne. aliquis habitus concurret partialiter: ergo et quilibet: qz non videtur maior ratio de vno q̄ de alio. Patet añs. illud quo remoto / et omnibus alijs posit' / non posset effectus poni: cōcurrat partialit' ad illū effectum / si sit extrinsecū: qz si esset intrinsecū / concurreret in genere cause vel materialis vel formalis. vnde est maxima / et per nihil aliud potest ostendi qd aliquid cōcurrat ad aliquid ponendum siue producendum: nisi quia posito illo / de necessitate ponitur aliud: et remoto illo remouetur aliud. sed habitus est huiusmodi in ordine ad actum suum / saltem sustinendo qd illud quod manet in absentia obiecti / est habitus. si talis qualitas q̄ manet obiecto alias intuito / nō esset: et oia cetera manerent: non est possibile qd producat distincta notitia abstractiva illi' obiecti: qz alias potuisset produci abstractiva añs obiectum fuisset intuitū: q̄ habitu remoto / alijs remanētib' / non pōt act' produci. Et ista rō est euidentis qd habit' cōcurrat in gñe cause efficiētis: vt dicit Ockā. iij. quolibeto. xx. et xxj. q. Dicit p̄terea qd aliquā requirit habit' vt effectus producat: aliquādo nō vt producat simpliciter talis effectus: sed vt producat intensior: vt in actibus voluntatis / et in notitijs abstractiuis.

Prima p
positio.

Maximo

De coefficientia

Opinio
Durandi
de cōcur-
su habitus

Contrarium huius opinionis tenet Durandus in tertio
disting. xliij. quest. ij. q. habitus non cōcurrit effectiue ad actus
pducēdos. Et prima eius ratio talis est. Illud quod per seipsum
facit ad intensionem alicuius actus potest etiam per se pdu-
cere tale actum quibus remissum si non ponatur obstaculum.
sed sic est quod habitus non est per se sufficiens ad pducēdum
actum quia requiritur quod potentia concurrat: ergo non est per
se sufficiens ad intēdendū actum. Maior patet cum intētio
actus non fiat nisi per additionem partis eiusdem speciei
cum toto actu. ergo si non poneretur obex maioris resisten-
tie quam passum sit actiuitatis: et non poneretur obex: habitus so-
lus pduceret actum: quod est inconueniens. ¶ Ad istam
rationem dicitur quod dupliciter intelligitur quod omne illud quod est per
se sufficiens ad intēdendū actum sit per se sufficiens ad pro-
ducēdū actum. Uno modo quod ad intendendum effectum
illud per se solū cōcurrat actiue. et isto modo quod est per
se sufficiens ad intēdendum est per se sufficiens ad pdu-
cendum simile in specie. Alio modo quod sit per se sufficiens: ip-
so solo superaddito cause pcedenti fit intētiō etiam causa
pcedente concurrente. et sic nego quod omne illud quod est per se
sufficiens ad intēdendū isto modo sit per se sufficiens ad pdu-
cendum. Unde non est imaginandum quod vna pars actus
producat a sola potētia et alia pars a solo habitu: immo
totus actus producit a potentia sed non totaliter: et totus
actus producit ab habitu sed non totaliter: et ipsa potētia se-
cluso adiutorio non pduceret ita intēsum. ¶ Altera ratio
Durandi est: Capiō sortem qui assentiat alicui ppositioni
ex sola ratione topica. ex illo generatur habitus. si postea assē-
tiat illi ppositioni ex illa sola ratione non assentiet clarius quam
uis sit habituat et antea non erat. ergo habitus non coar-
git effectiue ad producēdū actum. ¶ Cum arguitur: non
assentiet clarius: dico si intelligis clarius. i. euidētius: cō-
cedo. vel clarius. i. firmiter vel saltem minus formidolose: et
sic nego: immo dico quod ex illa ratione topica et habitu pdu-
citur opinio minus formidolosa. similiter assensio demonstra-
tionis etiam causatus ex habitu erit intētiō: et sic euidē-
tior. Cōtra. si habitus producat actum: ergo sequitur quod ef-
fectus cōcurrit partialiter ad producēdū suam causam.
patet actus causat habitum et e contra. Dicit ockam vbi
supra quod primus actus non causatur ab habitu sed ab alijs causis.
quod patet: quia primus actus est causa efficiens habi-
tus: ergo non causatur ab eo: quia idem numero non potest
esse causa et effectus respectu eiusdem. Sed primus actus qui
causatur in potentis apprehēsiuis in absentia obiecti cau-
satur ab habitu. ideo non omnis actus causatur ab habitu.
Cōtra. in causis efficiētibus essentialibus non est circulus sed actus

est causa efficiens habitus: ergo habitus non est causa actus.
 Respondetur quod in causis essentialibus potest esse circulus: quod est
 tum ad speciem: sed non quantum ad idem numero. nunc autem
 unus actus est causa habitus: scilicet primus: qui sine eo non po-
 test esse habitus naturaliter. et postea habitus est causa non
 illius actus: sed alterius: et ille actus bene augmentabit illum
 habitum. ¶ Sed contra probatur quod habitus ille sit causa eius-
 dem actus numero: quia actus primus generans habitum
 potest continuari cum habitu: et tunc habitus ille generatus
 conseruabit illum actum. ¶ Respondetur quod non est incon-
 ueniens quod effectus sit conseruatiuus sue cause efficiens in
 eodem subiecto: et ita est in proposito quod habitus generatus ex
 actu primo melius conseruat illum actum quam posset conserua-
 ri sine illo habitu. ¶ Difficultas. Dictum est quod habitus concu-
 rit ad actum producendum. Utrum habitus cum potentia/se-
 cluso altero/sint cause sufficientes ad productionem actus: hoc
 est/antequam sim habitus ad producendum actum scientificum/
 aliquid requiritur ultra potentiam / scilicet demonstratio. utrum
 habitu in me generato/iste habitus cum potentia sine demō-
 stratione. i. sine illa causa sint sufficientes ad producendum actus
 scientificos? Et appetit quod non. habitus causatur ex assensibus
 causatur per notitiam intuitiuam / sine notitia intuitiua cum
 potentia non sufficiunt ad causandum similes actus: ut ex
 assensibus frequenter quod sortis est/generatis ex notitia in-
 tuitiua/causatur habitus. ex illo habitu et potentia non possunt exire
 in istum actum quod sortis est/ sine notitia intuitiua: quia si pos-
 sum ex sola abstractiua cum potentia: sequitur quod ista / sortis
 est/esset per se nota: quia ad propositionis per se note assensum
 sufficiunt notitie intuitiue vel abstractiue terminorum: ergo
 habitus cum potentia/seclusa alia causa/non sunt cause suf-
 ficientes ad producendum actum. ¶ In oppositum arguit.
 dicit Arist. quod habitibus utimur cum volumus. ergo habitus
 causatur ex assensibus demonstrationis/ cum potentia suffi-
 ciet ad causandum habitum scientificum sine demonstratio-
 ne. Pro solutione ponitur propositio: Nunc habitus intellectus
 concurrit ad actum suum producendum / nisi voluntate partiali-
 ter cocurrente / vel aliquibus causis naturalibus partiali-
 ter concurreribus / que intellectum necessitent ad illum
 actum etiam secluso habitu. patet ista propositio. Si habitus
 sine concursu voluntatis et sine concursu causarum necessi-
 tantium posset concurrere ad actum intellectus: ergo ille habi-
 tus cum intellectu essent cause sufficientes ad producen-
 dum actum: et sunt pure naturales: ergo quando simul in-
 guntur/ille actus producit. patet. causis pure naturalibus
 positis sufficientibus / de necessitate sequitur effectus. et sic ha-
 bitus necessario semper esset in actu intelligendi: quod est falsum

Quo in
causis es-
sentiali-
bus pot-
est esse circulus.

*Actus producat habitus & habitus
 actus vnde peruenit in isto actus est productus
 tamen non potest vltimus actus est productus
 Hic dicitur circulus quia non potest*

Habitibus
utimur
cum volu-
mus.

De cōcursu habituum

sum. vnde habituatur in notitijs abstractiuis / nō potest exire in notitiam abstractiuam / nisi per cōcursum volūtatis necessitetur intellectus ad exeūdum in illā abstractiuā. Eodē modo opz de necessitate confiteri q̄ ad actū sciētificum non potest potentia cū habitu exire / nisi p̄ imperium voluntatis / vel per demonstrationem necessitatem intellectum. Ideo habituatur / cū intellectu habēs habitū sciētificum alicuius cōclusionis / potest sine demōstratione per imperium voluntatis exire in actū habitus. Et hoc apparet verum. Nam habens habitum fidei / sine motuo per imperium voluntatis potest exire in actum habitus illius. Cōtra. non potest habituatur per notitiā intuitiuam exire in actū q̄ fortes sit / sine notitia intuitiua. ergo non potest habituatur in demōstratione exire in actū per imperium voluntatis sine demōstratione. Dico q̄ nō est simile. nam aliud est loqui de necessarijs: & de contingētibus. nō possum habere notitiam contingētis eiusdem / nisi obiectum sit presens: sed non requiritur in necessarijs notitijs intuitiua: et ad notitiam eiusdem sufficiunt tria.

De concursu habituum ad actus.

Cap. xxi.

H

Estat nunc videre ad quos actus cōcurrit habitus. vtrum habitus solum concurrat ad actus eiusdē speciei cum illis ex quibus genit⁹ est: vel vtrum aliquādo concurrat ad actus differentes specie ab illis ex quibus est genit⁹. ¶ Primo notandum / vt dicit Ockam i tertio: q̄ dupliciter habitus concurrat ad actum. Uno modo immediate / hoc est dictum / concurrat ad actum taliter q̄ non cōcurrit per prius ad alterum effectum q̄ ad illū. Alio modo mediate: hoc est immediate cōcurrit ad alterū actū: & iste alter concurrat ad istum secundum: ideo habitus cōcurrit mediate ad illum: vt habitus principiorū cōcurrit ad habitū conclusionis: et immediate ad actū siue assensum principiorum: et assensus principiorum immediate ad assensum conclusionis. sic mediate habitus pmissarū cōcurrit ad habitū conclusionis: vbi tam actus pmissarū q̄ actus conclusionis mediat. pari forma habitus finis cōcurrit ad actū mediū mediate: & immediate ad actum finis. ¶ Hoc supposito ponit talis ppositio cōis apud docto. q̄ habitus nunc cōcurrit immediate nisi ad actus eiusdē speciei cū illis ex quibus genit⁹ est: sed mediate bene concurrat ad actus differentes specie: sicut dictū est de habitu principiorū et cōclusionis: qui differunt specie. Probat ppositio assumpta. Nunc habitus cōcurrit ad actus nisi sint intēsiui / saltē red

Dupliciter habitus cōcurrit ad actum.

actus

propositio.

Di. sed mediate bene & c. nā habitus assentiendi premissis immediate cōcurrit ad assensum premissarū & mediate ad actum assentiendi cōclusionem & isti duo actus. s. prem. & cōcl. differunt spe ut p̄ ducatur ab apprehensivis differentibus specie q̄ mediate & c.

sicut habitus intensiorē. sed actus differētes specie a p̄cedens
 tibus actibus nō possunt p̄ducere partem eiusdem speciei
 in habitu cū parte quā p̄cedentes produxerūt. nā si sint
 actus differētes specie habebūt effectus differētes specie.
 ideo effectus adequatus p̄ductus ab istis erit alterius speciei
 ab effectu adequato p̄ducto ab alijs specie differētibus: qz
 nulla causa pure naturalis habet effectus adequatos diffe-
 rentes specie. ergo p̄positū verū. [¶ Probat̄ aliter hec
 p̄positio. Da oppositum: vnus habitus inclinatur in actus al-
 terius speciei ab actu a quo emerit: sequit̄ qd inclinabit̄
 omnē actus. patet. nō est maior ratio qd in vnum q̄ in aliū.
 ergo si in vnum potest̄ etiā in alium poterit.] Cōtra hoc
 arguit̄ ex cōmuni resolutione doctorū. Amor alicuius ob-
 iecti causatus ex notitia intuitiua differt specie ab amo-
 re causato ex notitia abstractiua. vnde dicit Scotus in. iij.
 dist. xlix. qd fruitio beatifica differt specie a fruitione vie:
 qz vna causat̄ mediāte notitia intuitiua/ alia vero mediā-
 te notitia obscura. Similit̄. sortes ex notitia intuitiua pla-
 tonis dilexit eū. iam habet habitū acquisitū diligendi eū.
 sit plato absens: et habeat notitiā abstractiua. ipse sortes
 feruētius diligit q̄ si nunc dixerisset. ergo habitus cōcur-
 rit ad actus diligendi: et talis actus differt specie ab actibus
 diligendi ex quibus talis habitus genitus est: ergo habitus cō-
 currit ad actus differentē specie ab illis a quibus emerit.
 [¶ Posset dici qd ille habitus nunc inclinatur ad dilectionē al-
 terius speciei vt ad suū actus/ nisi notitia intuitiua p̄sens
 fuerit. sed cū notitia intuitiua p̄ducit̄ notitia abstractiua
 simul/ s̄z dicit̄ in p̄logo: et p̄ducit̄ p̄ actus voluntatis qd ha-
 bitus p̄ducit̄ i absentia.] [¶ Preterea. sit sortes qd prius vidit
 platonē frequēter: et iudicabat platonē esse/ p̄ illā notitiā
 intuitiua. iam platone absente/ p̄ illā abstractiua iudica-
 bit euidenter platonē fuisse: et ad istud iudiciū nō sufficiūt
 notitie abstractiue cū intellectu: s̄ cōcurrit aliqd aliud: et
 non videt̄ qd sit illud preter habitū: ergo habitus cōcurrit
 ad illud iudiciū quo iudicat platonē fuisse. et tale differt
 specie ab illo iudicio ex quo habitus est genitus. nam ista duo
 iudicia quibus iudico platonē esse/ et platonē fuisse/ specie
 differūt: ergo et habitus et c. Et istud argumentū est multū
 apparens: et videt̄ concludere. Si dicas qd ad istud iudi-
 ciū causandū/ plato fuit: sufficit notitia abstractiua: tūc in-
 feram qd talis esset per se nota: qd est falsum: qz ad per se
 notam sufficiūt intuitiue vel abstractiue terminorū. cer-
 tū est qd si sortes prius iudicauerat platonem esse qm̄ vide-
 bat eū/ et iā aduertat: iudicat qd plato fuit: imo iuramēto
 affirmaret: et est ei euidenter notū. ad istud iudiciū causan-
 dum non sufficiūt notitie abstractiue: qz tunc esset per se

Additio.

Additio.

De cōcursu habitū

nota | vt dictū est. ergo aliquid aliud cōcurrit: & non vidē
nisi habit⁹. ergo habitus concurrir ad act⁹ differētes spe-
cie ab illis ex quib⁹ genit⁹ est. Itē dicit magister Martin⁹
in p̄ma questiōe de fortitudine / cōclusionē septima / q̄ ha-
bitus fortitudinis aggressiue / vt habitus generat⁹ ex fre-
quentib⁹ volitionib⁹ volo fortiter aggredi inimicos / imme-
diate cōcurrit ad actū fortitudinis cōfūsum / puta ad istū
actū / agendū est fortiter: qui tñ differt specie a p̄mo actus:
qm̄ secūdus actus ferē super aliud obiectū q̄ p̄m⁹ act⁹.
ergo habitus aliquādo p̄currit ad actus differētes specie
ab illis ex quib⁹ genitus est. ¶ Un̄ apparentia est q̄ vbi ha-
bitus habet p̄ partiali obiecto obiectū alteri⁹ actus ab il-
lo a quo genit⁹ est: q̄ concurrir immediate ad illos actus
qui quidē diuerse sunt speciei / cū diuersorū sint obiectoz.
Similiter habit⁹ mediorū et finis qui est vnicus: vt tenet
Martinus conformiter ad Gregoriū: cōcurrit immediate
ad actus mediorū / & ad actus finis / & ad actus vtriusq̄ si-
mul: qui tñ omnes differūt specie adinuicē. ¶ Responde-
tur ad illud argumentū de sorte q̄ iudicat euidēter plato-
nē fuisse / quē frequēter intuitiue vidit. cōcedo totū / q̄ ip̄s
se sic euidēter iudicat: & nego q̄ hoc sit ab habitu ibi de-
relicto: sed dico q̄ nisi recorder se alias platonē vidisse / et
se iudicasse platonē eē: nūq̄ assentiet illi p̄positiōi: s; ista
ratio quā pōt habere / sufficit ad hoc / scz recordatio q̄ al̄s
vidit eū. Unde bñ sequitur: alias euidēter iudicauit plato-
nē esse: ergo plato tūc fuit. si em̄ iam recordor me al̄s eui-
dēter iudicasse platonē esse / per istā rationem possum ha-
bere iudiciū euidēs p̄sequētis / puta q̄ plato fuit. ¶ Repli-
catur sic. quero a quo causat̄ iste assensus quo iudico me
alias platonē vidisse: vel ex solis notitijs apprehēsiuis ab-
stractiuis de iudicio p̄terito: vel causat̄ ab aliquo alio? Si
primū: ergo illa erit mihi p̄ se nota: qz sufficiūt apprehēsi-
ue abstractiue p̄ te: & nō habeo nisi notitias abstractiuas:
qz tale iudiciū nō est: immo nō habeo nisi abstractiuā il-
lius iudicij p̄teriti. ergo opz dicere q̄ iudiciū causat̄ par-
tialiter ex habitu derelicto & causato ex illis assensib⁹ qui-
bus iudicabā platonē esse euidēter: & isti act⁹ differūt spe-
cie ab actib⁹ p̄cedētib⁹. Vel sic & clarius. ergo opz dice-
re q̄ illud iudiciū quo nūc iudico platonē fuisse vel vidis-
se: causatur ex habitu derelicto. s; ille est causat⁹ ex actu
alterius speciei / scz ex assensu causato a notitia intuitiua
extremorū / q̄ sit act⁹ ad quē nūc cōcurrit. igitur habit⁹ cō-
currit ad act⁹ differētes specie ab illis ex quib⁹ genit⁹ est.
Dico breuiter q̄ argumētū nō concludit cōtra modernos
dicētes q̄ p̄positio de p̄senti & de p̄terito differūt specie:
& similiter assensus earū differūt specie. Ubi tñ argumēta

ista nulli⁹ essent difficultatē apud antiquos tenētes q̄ est idē iudiciū p̄positionis de p̄senti & de p̄terito / & q̄ ille p̄positiones nō differūt specie: tunc dicerēt q̄ causatur illud iudiciū ab habitu derelicto / & q̄ illi duo assensus sunt eiusdē speciei. Vñ tñ pro opinione modernorū cōcedendū est q̄ aliquis habit⁹ immediate cōcurrit ad act⁹ diuersarū specierū. & hoc non est incōueniens q̄ illi duo actus habent idē obiectū totale: vt est in p̄posito. nā ille p̄positiones de presenti & de p̄terito sunt quodāmodo eedē / & sunt idē obiectū: licet assensus sint diuersi specie. Et similiter soluitur primū argumentū / quando plato amatur ex notitia intuitiua / que postea est abstractiua / et idē obiectū totale secundū eandem rationē: q̄ ille due notitię / sc̄z abstractiua & intuitiua sunt synonyme / licet differāt specie. Cōceditur illatū: quādo est penitus idē obiectū sub eadē ratione: vt ibi plato visus intuitiue et abstractiue semp̄ est idē: et idē amores illi qui de eo habētur / sunt eiusdē obiecti / licet sint inter se diuersi specie. & ideo nō incōuenit q̄ idē habitus cōcurrat ad illos actus. Similiter nō incōuenit habitū cōcurrere ad actus differentes specie: quando illi actus sunt obiectoꝝ que sunt partialia obiecta habit⁹: vt visum est. Si autē non esset totale obiectū: v̄ vnū nō includeretur in alio secundū eandem rationē: vel est totale obiectū secundū diuersas rationes / vt in amore & odio alicuius: vnus habitus nunq̄ concurrat partialiter ad actus differētes specie. ¶ Est igitur regula ḡnalis: Nunq̄ habit⁹ concurrat immediate ad act⁹ differētes spe / nisi illi act⁹ sint de eodē obiecto: v̄ vni⁹ obiectū sit ptiale obiectū obiecti habit⁹: vel obiecta vtriusq̄ sint ptialia obiecta habit⁹: qm̄ tūc nō incōuenit. [Quid faciat bon⁹ habitus / vide mātuā nū in libro de patiētia: & alludit ad Lycurgum. vide digitos agricolarū incuruatos: Itē ascēsores domorū intrepidus: Itē assuetos mane surgere: & sic de similib⁹. In solutione argumētōꝝ presupponit notitiā intuitiua et abstractiua differre: de quo gr̄adis est altercatio inter doctores quomō differāt. In p̄mis Ockā dicit q̄ notitia intuitiua d̄ q̄ per eā iudicam⁹ de re cognita q̄ sit q̄ est: et q̄ non sit q̄ nō est. Sicut illa inquit est notitia intuitiua / q̄ si cognoscat substantia & accidēs / immediate scitur si illō inhe- ret v̄ nō: si illō distet vel nō: & a tali notitia semp̄ inchoat experimētū. Apparētia isti⁹ opinōis est q̄ de⁹ p̄ eadē notitiā intuitiua iudicat rem esse q̄ est / et nō esse q̄ nō est. Abstractiua vero est p̄ quā nō possum iudicare de re cognita q̄ sit q̄ est / et q̄ non sit q̄ nō est: sicut nec de aliqua veritate p̄tingēt. & ly per / in istis nō dicit circūstātiā cause formalis: s̄ efficiētis. Cōtra q̄ arguit argumento q̄d v̄

Additio.

De cōcursu habitū

detur satis difficile. Si forte corrupto/ deus cōseruaret no-
titiā intuitiuā eius: apud hāc opinionē causaret in me iu-
diciū quo iudicārē sortē nō esse/ etiā naturaliter. ergo forte
te pñte causabit idē iudiciū. pñā tenet: qz cā naturalis eo-
dē passo applicato/ sēp eūdē effectū/ vñ simulē in specie cau-
sat. forte dices q notitia intuitiua cū intellectu sunt cā
sufficiēs ad causandū iudiciū negatiuū/ nō aut affirmati-
uū: & sic illis duob⁹ sic iūctis causant iudiciū affirmatiuū:
qz sunt maioris actiuitat⁹/ & impediť causalitas illaz dua-
rū causarū ad iudiciū negatiuū. Ex quo infertur q obiecto
pñte causatur iudiciū intensius affirmatiuū/ q̄ negatiuū
obiecto absente. Sz cōtra istud arguit sic. obiectū est solū
finite actiuitatis: ergo nō potest agere ex quātacūq; ma-
gna distātia. psequētia est satis nota. Si ita ergo q nō pos-
sit ex distātia cētū leucarū: et ponat in tāta distātia: & cō-
seruet deus notitiā intuitiuā ei⁹ in intellectu: sequit q tūc
intellect⁹ iudicabit illud obiectū nō esse: & tñ est. ergo fal-
sum est q sp obiecto exñte iudicet p illā illud obiectū eē.
Probat: qz notitia intuitiua illa cū intellectu sufficiūt cau-
sare illud iudiciū negatiuū: & obiectū tūc nō pōt agere cū
illis ad iudiciū affirmatiuū. igit pducet iudiciū negatiuū
Preterea sit obiectū pñs. de⁹ p̄t suspēdere actiuitatē illi⁹
agēt⁹/ nō suspēdēdo actiuitatē notitię intuitiue & intellect⁹.
faciat ita. tūc seq̄t q cābit iudiciū negatiuū/ q̄ intellect⁹
iudicabit de illa re ituita & pñte q nō sit. Preterea notitia
intuitiua cāt iudiciū q̄ intellect⁹ iudicat rē aliter se hēre
q̄ se hz: vt puta q̄ iudicat baculū eē bipedalē/ qui nō est. q̄
nō obstat notitiā intuitiuā causare iudiciū quo intellect⁹
iudicet rē esse q̄uis nō sit. Propterea dicit andreas de ca-
stro nouo q dupliciť possum⁹ habere notitiā de reb⁹ sensi-
bilib⁹. vna est p quā res appet nobis formaliter vñ virtua-
liter taliter se habere: & rōne claritatis talis notitię/ etiā
si pseruet obiecto corrupto/ naturali pducit iudiciū con-
forme/ nisi impediat ex imperio volūtatis/ aut rōne corrigē-
te talē apparētiā/ siue iudicāte pñū assensū: vt de notitia
baculi p media pte in aq̄/ & p media pte in aere. Alia est
notitia quā exprimitur in nobis/ p quā nec formalr nec vir-
tualr nec ex imperio volūtatis apparet nobis eē/ nec nō eē/
nec talr se habere. Prima iā exigit pñtiā obiecti/ et dī in-
tuitiua. Scda p̄o nō exigit pñtiā obiecti/ & dī abstractiua.
Primā nō pōt intellect⁹ cāre in absentia obiecti: scda p̄o
pōt. Sub p̄mo gñe p̄tinet oīs sensituiua exterior/ & nō sola:
cū in intellectu sit ponēda notitia intuitiua rez sensibilū/ &
ē insensibiliū/ puta n̄faz opationū. Ex hac opinione seq̄t
corollarū q si de⁹ pseruaret notitiā intuitiuā obiecto cor-
rupto/ illa cāret idē iudiciū quod nūc cāt: puta iudiciū q̄
iudicaret rē illā eē. Sz quereretur aliq̄s an ne possit eē aliq̄

Duplex
notitia
rerū sen-
sibiliū.

Notitia intuitiva q̄ naturalr̄ cāret iudiciū q̄ iudicaret rē
 illā nō esse talē: quēadmodū est aliq̄ q̄ iudicat rē illā eē ta
 lē v̄l talē naturalr̄? Et breuiter pōt dici q̄ sic: et talē pōt de
 cāre: s̄z obiectū ad illā nō pōt actiue concurrere. Verūt̄
 solui p̄nt his nō obstātib⁹ rōnes q̄ adducte sunt p̄tra Guil
 lermū Ockā. Ad p̄mā d̄z q̄ causat iudiciū q̄ iudicat rē nō
 eē. Et q̄n dicit Ockā q̄ illa re ex̄nte causat iudiciū affirma
 tiuū: hoc ē itelligēdū re ex̄nte i debita approximatiōe. Eo
 dē mō d̄z ad aliud q̄ tūc causat iudiciū negatiuū. et scien
 dū q̄ itelligit q̄ actiuitate obiecti nō ipedita causat iudi
 ciū affirmatiuū / siue nō suspēsa. Ad aliō est dicēdū q̄ hoc
 ē p̄pter indispositiōē organi v̄l mediij vel aliqd̄ aliud in
 aqua. Querit̄ an sit eadē notitia i specie qua intuemur
 rem a remotis / et qua intuemur a p̄p̄inquis? Dicit doctor
 Ockā. i. q̄d. li. q. xiiij. q̄ sic: et differūt solū s̄m maḡ intēsūm
 et maḡ remissūm. Sed s̄ arguit. Notitia qua sortes itue
 tur a p̄p̄inquis / sufficit causare iudiciū q̄ sit homo. notitia
 qua videt̄ a remotis / nō sufficit: s̄ differūt specie. p̄na tenet
 q̄ istud est rō apparētissima ad p̄bādū aliqua differre spe
 cie / q̄ vnū pōt in aliquē effectū / et in simlē i specie nō pōt
 aliud. S̄z ad istud r̄ndet Ockam loco p̄allegato negando
 p̄nam: et ad p̄bationē / bñ verū est q̄n illa sunt eā intēsa: ve
 rūt̄n si vnū sit remissū / et aliud intēsūm / nō op̄z: et pōt dari
 exēplū tenēdo q̄ forma accidētalis puta calor possit effe
 ctive p̄ducere formā substātiālē / puta formā ignis / et for
 mā substātiālē corrūpere. aliq̄s calor pōt in materia ligni
 corrūpere formā ligni: et formā substātiālē ignis p̄
 ducere: et aliquis non potest p̄pter sui remissionē: non t̄n
 sequit̄ q̄ differāt specie. Sed dicit aliquis et difficulter: si
 aliqua qualitas intensa aliā qualitātē p̄ducere possit: alia
 remissa q̄litas quecūq̄ eiusdē speciei qualitātē remissā p̄
 ducere poterit in subiecto in quo nō est ipeditū. istud
 p̄z in oib⁹. s̄z notitia intuitiva qua videt̄ sortes a p̄p̄inquis /
 causat iudiciū intensūm q̄ sortes sit hō: s̄ illa qua sortes a
 remotis videt̄ / cū sit eiusdē sp̄ei / et in subiecto nulla sit res
 stētia: causat iudiciū remissū q̄ sortes sit hō. Ad istō mihi
 videt̄ dicēdū ap̄ doctorē Ockā. p̄o q̄ ponit istud documē
 tū: Q̄n aliq̄ agēs est p̄ductiuū duoz effectūū d̄ntiū spe
 cie: stat q̄ vnū p̄ducat p̄ maiorē distātiā / q̄ possit reliquū
 p̄ducere. istō p̄z exēplariter de cādela q̄ ad maiorē distā
 tiā p̄ducit lumē q̄ calefacit. modo apud Ockā obiectum
 actiue p̄currit imediate ad ista iudicia affirmatiua: et p̄r
 dicēdū est q̄ ex maiorē distātia pōt actiue p̄currere ad iu
 diciū q̄ iudicat rē illā esse / q̄ quo iudicat rē illā / esse aīal:
 et ex maiorē distātia ad istud s̄m iudicium q̄ ad illud quo
 iudicat rē illā esse hōiem: et adhuc ad istud tert. ū ex maio
 ri distātia pōt actiue cōcurrere q̄ ad illud quo iudicat rē

De augmento

illā esse sortē. Et p hoc facile soluitur argumētū: qz q nō potest tūc illā rē visam a remotis iudicare esse hoīem: hoc nō est ex defectu notitię intuitiue / s; qz obiectū ex tāta distātia actiue nō pōt pcurrere. Ex ista solutiōe sequit̄ corollarie qz si de^o ipediat sortē a ppinq̄s positū ne pducatur intēsiorē notitiā intuitiua q̄ a remotis: nihilomin^o pducet̄ iudiciū affirmatiuū quo iudicabit̄ illā rē esse hoīem. Sequit̄ scōdo qz si sorte posito a remotis pduceret deus notitiā intuitiua sortis eā intēsiam cū illa quā pduceret sortes a ppinquis: adhuc non causabit̄ iudiciū quo iudicabit̄ illā rē esse hoīem. S; tūc est mihi difficile saluare Ockā totalit̄ qz sequit̄ ex isto cū prehabitis qz notitiā intuitiua qua videt̄ sortes a remotis / cū intellectu causant de necessitate istud iudiciū quo iudicat̄ rē illā nō esse hoīem. qd̄ est ptra experientia. ¶ Probat̄ sic. sufficiūt ad causandū / z sunt cause naturales / z nō impediunt̄ / qz obiectū nō pōt impedire in ordine ad illū assensum: qz ex tāta distātia nō pōt in cōtrariū. g. ¶ Forte dicit̄ qz notitiā intuitiua suata obiecto absente nō pōt in qd̄cūq; iudiciū negatiuū ptingēs / s; solū in illud quo iudicat̄ rē nō esse: z obiectū ex quacūq; distātia ex qua pōt agere notitiā intuitiua / pōt coagere ad illū assensum. Et ita replica nō currit. ¶ Pōt dici scōdo qz illa notitiā intuitiua remissa licet possit in remissum iudiciū quo iudicet̄ hanc rē esse hoīem / nō tñ in hoc passo: et hoc p statu isto saltē: sed bene in passo maioris pspicacitatis. Sed videt̄ mihi difficile si diceret̄ de aīa separata siue de angelo / cū illa sit susceptiua ist^o iudicij / z in ipsa nulla sit resistentia. Sed poti^o opponit̄ / cū naturaliter inclinēt̄ intellect^o ad omnē assensum verū. ¶ De notitiā intuitiua alia est opinio Gregorij ariminēsis / dicit̄ notitiā intuitiua esse illā q̄ immediate terminat̄ ad rē: abstractiua vero que mediate terminatur ad rem: z immediate ad similitudinē rei. vide ipm. Dicit scot^o qz ad causandū notitiā abstractiua requirit̄ species: verūtñ nō terminat̄ ad illā speciē / s; ad rē abstractiue cognitā. Dicit doctor Ockā qz nō est ponēda species / sed habitus a quo effectiue cū intellectu causat̄ notitiā abstractiua. Dicit Gregorius qz notitiā intuitiua pseruata obiecto absente: nullū iudiciū causat. Dicit Ockā qz causat iudiciū negatiuū. Dicit de castro qz idē iudiciū causat qd̄ causaret̄ i pntia rei. Vide hec oīa.]



¶ De augmento habitus.

Lapi. xxiij.

Consequēter vidēdū est de augmento habit^o: Utrū videlz det̄ sumus habitus qui pōt in aīa causari / puta in intellectu vel volūtate? Notū est qz aliqd̄ pōt in potētia causari: z nō cuiuscūq; intēsionis. g. opz dare summā intēsionē

vel ad min⁹ minimā sub qua nō pōt / & sub qualibet mino-
 ri pōt. Et hoc dupl^r intelligit^r q^d detur summus habitus.
 Uno modo ex natura rei. & in isto sensu est altercatio inter
 doctores. Nam Scotus in. iij. dist. xij. ponit maximū ex na-
 tura rei: ita q^d de⁹ non pōt. pducere maiore^m qualitatē siue
 intensiore^m. Ockā & Gregorius hoc impugnāt: videlz q^d nō
 dat^r maximus habit⁹ / seu qualitas ex natura rei maxima.
 Alio modo pōt intelligi q^d de⁹ maximus habit⁹ qui pōt. p-
 duci in potētia / nō ex natura habitus / sed ex natura potē-
 tie: ita q^d potētia non sit capax maioris habit⁹. Notū est q^d
 dat^r maxima aqua q^d pōt poni in vase non ex natura aque:
 sed ex natura vasis q^d nō est capax maioris aque. Et tunc
 querit^r vtrū detur maximus habitus causat⁹ in potētia / q^d
 via nō pueniat ex natura habitus quin possit augeri: sed
 ex natura potētie: q^d nō est capax maioris habitus? Et ad-
 huc dupliciter intelligit^r. Uno modo q^d detur maxim⁹ cau-
 sabilis in potētia per naturam / ita q^d naturaliter non pōt
 causari maior. Alio modo p^r potētiā sup^rnaturale. Solū
 facio difficultatē / an de⁹ maximus q^d possit causari in potē-
 tia ex natura potētie: vel potētia nō pōt. pducere act⁹ plu-
 res q^d illos q^d req^runt^r ad pductionē illi⁹ habit⁹. De Alia-
co post Ockā et Gregoriū dicit q^d dat^r maximus habitus q^d
pōt poni in potētia in esse habitus: sed non datur maxim⁹
qui pōt esse in hac potētia in esse qualitatis: q^d capiendo
pure passive / est infinite capax. Unde habitus est in potē-
tia secundum q^d est actiua / et non secundum q^d est passiva.
Sed datur maximus cui⁹ ipsa est capax ex natura propria
in esse habit⁹: vt q^duis augeat^r volitio in esse qualitatis / ta-
men non augebit^r in esse volitionis. Utrū igitur pure na-
turaliter loquēdo detur aliquis habitus qui potest causa-
ri a potētia per actus naturaliter elicitos ab illa potētia:
& non pōt maior causari? Et videt^r q^d non. p^rz. ille pōt cau-
sari in ista potētia: & potētia pōt elicere vnū actū: qui in-
tendet priorē habitū. ergo ille habitus non erat maximus
qui poterat causari in ista potētia per actus naturaliter
pducibiles. Dices: datur minimus qui non pōt: & quilibet
minor pōt. Contra. si quilibet minor potest: capio q^d in po-
tētia per actus sit. pductus habitus distans ab illo mini-
mo per dimidietatē vnus gradus. tunc potētia pōt elice-
re actum naturaliter cōtinuatū per horam: & tunc produ-
cet vnā dimidietatē gradus / secluso etiā tali habitu: ergo
et nūc pducet: q^d subiectum est magis dispositū q^d esset si-
ne habitu: ergo in fine hore erit iam habit⁹ vsq^z ad illam
cōpletionē pductionis illi⁹ dimidij gradus. Aliqui docto-
res dicūt q^d dat^r certa intētio in habitu ad quā nō pōt ho-
mo pertingere per replicationē actuum / veruntamen ad

*& hoc probat scotus nā dabi-
 lis est maximo
 actus in specie
 quo maior nō
 potest dari q^d i
 ne producat
 bitum quo ma-
 ior nō possit
 dari.*

De diffinitione virtutis et

quācūq; intentionē infra illam potest homo pertingere per replicationē actuum. Contra. volo q̄ pertingat ad illam infra illam solum per dimidiū gradum. tunc sic. bene sequit̄. iste potest elicere actum causantem dimidietatem gradus: ergo. dices/ nego consequentiā: qz erit capacitas potentie repleta. Contra. nunq̄ erit repleta: quia quādo erit vna dimidietas dimidie partis/ adhuc capacitas nō erit repleta. ergo talis act⁹ non cessabit a p̄ductione quousq; illa dimidietas sit p̄ducta. hoc argumentū mihi facit fidē q̄ non pōt defensari q̄ detur minima intētio cui⁹ potētia nō sit capax ex natura rei: qz habeam intentionē infra illā per dimidietatē gradus: et in potētia ponat̄ act⁹ qui sufficiat producere illam dimidietatē. tunc illam producet/ cū sit causa naturaliter actiua/ et passum susceptiuum/ qd̄ nondū suscepit: ergo suscipiet: et sic nō erit minima/ imo maxima q̄ sic. pro isto argumentō dico q̄ quocūq; tpe signato finito/ oportet de necessitate concedere q̄ datur maxim⁹ habit⁹ que homo pot. p̄ducere/ vel qui pot. p̄duci in homine in illo tēpore finito: vel minimus qui nō. Secdo. non datur maximus gradus habitus qui pōt p̄duci simplr/ nec minimus qui non: vt in tpe infinito infinitos act⁹ pōt q̄ p̄ducere: quoz secūd⁹ erit intētioz p̄mo: et quartus tertio: et sic in infinitū: nec datur maximus q̄ sic/ nec minim⁹ q̄ nō. Et hoc tenēdo q̄ potētia sit infinite capax ex natura rei. [Mihi videt̄ q̄ oportet ponere summū habitū ex natura rei: et sic actus p̄ducens illum habitū/ a nulla causa maiore potest intēdi/ qz nō pōt esse maior causa in illa specie. Sed videt̄ concedendū q̄ quelibet capacitas q̄tūcūq; parua possit habere illud summū: qz in infinitū pōt augeri alia causa partialis. sed non ponēdo maximum ex natura rei/ bene dicit liber.] Et hec dicta sufficiant de p̄ductione et causalitate habituum. Dictū est generaliter de actu virtuoso et vitioso: et p̄nr. de generatione habituum in qua potētia et in qua non: et de corruptione illoz: et per quid corrūpūnt̄: et de cōtrarietate illoz: et de coefficientia ad actus: et finaliter de augmento habituum: et de actibus humanis/ et circūstantijs eorūdem.

De diffinitione virtutis/ et multiplici eius distinctione. Capit. xxiiij.



Am consequenter de virtute/ que est habitus/ qd̄ sit: et de multiplici virtutis distinctione: et de proprietatibus eius tam in generali q̄ in speciali videndum est. Unde primo notandum q̄ assignātur due diffinitiones virtutis: vna Aristo. in secundo ethi. alia beati Augustini in libro de libero arbitrio. Unde virtus sic diffinit̄ ab

Additio.

capit. 6.

multiplici ei⁹ distinctiōe. Fo. xlviii.

Aristotele loco predicto: Virt⁹ est habit⁹ electiuus in me Virtus
diocritate cōsistēs| determinata rōne put vir prudēs de-
terminabit. Alia diffinitio Augustini: Virt⁹ est bona qua- quid.
litas mentis qua recte viuatur| qua nullus male vtit^r| quā
Deus in nobis sine nob⁹ operat^r. Prima diffinitio sicut ab
Ari. data| apud Martinū sic pōt exponi: Virt⁹ est habit⁹
electiuus. Hoc est| virt⁹ est habit⁹ inclinās ad actū medi-
um inter act⁹ vitiosos: ad actū in quā mediū recte ratio-
ni conformem. Unde dupliciter intelligit^r q^o virt⁹ cōsistit
in medio. Uno modo tanq̄ in medio circa pprium actū:
z sic exponit^r diffinitio virtutis: Virtus est habit⁹ inclinās
ad actum mediū inter actus vitiosos| puta inter defectū
z superabundātiā. Consequēter declarat quid sit act⁹
medius: z est act⁹ cōformis recte rationi: siue determina-
tus ratiōe| prout vir prudēs determinabit. Alio modo ca-
pitur medium p^o obiecto. tūc sic exponit^r diffinitio: Virt⁹
est habitus in mediocritate cōsistēs. i. circa obiectum de-
terminatū ratione| habens pro obiecto certam materiā:
que ponit^r talis vel tanta per rationem que vocat^r medie-
tas siue mediocritas. Sed diffinitio Augustini est intelli-
gēda de virtutib⁹ infusis: ppter ultimā partē. ¶ Difficul-
tas: vtrū ad habitum esse virtutē| de necessitate requirat^r
q^o cū illo habitu insit in intellectu prudētia habitualis? Di-
ctum est q^o nunq̄ act⁹ est virt⁹ nisi insit cū illo prudentia
actualis in intellectu. Queritur vtrū etiā requirat^r ad ha-
bitum electiuū esse virtutē| q^o de necessitate insit prudē-
tia habitualis| qz virtus est habitus electiuus determina-
tus ratione. ideo videtur q^o ad esse virtutis habitualis req̄-
ratur semp ratio. i. prudētia habitualis. Respōdet Ockā
in quarto| questio. tertia probabiliter q^o nō: Quis ad actū
esse virtutē| necessario req̄rat^r prudentia actualis in intel-
lectu. verū ad habitum esse virtutem nō necessario requi-
rit^r habit⁹ prudētialis i intellectu. qd sic suadet. capio sor-
tem nō habituatū. habeat dictamē verū prudētiale| z ele-
ctionē conformē illi dictamini in voluntate. tūc de⁹ pote-
rit suspendere actionē primi act⁹ | scz dictaminis prudē-
tialis| nō suspendēdo electionem cōformē illi dictamini.
quo facto| ab illo dictamine nō generabit^r habitus prudē-
tialis. et generabitur habitus per actiuitatem electionis.
ergo non requirit^r habit⁹ prudentialis. Qz ab illo dictami-
ne non generabitur habitus prudentialis: notum est. ne-
q̄ ab illo generabitur habitus electiuus: quia actus pru-
dentialis non agit immediate ad habitum electiuum: s^z
solum mediate. Secundo arguitur multum apparenter.
sit sortes habituat⁹ habitu prudentie dirigēte electio-
nem tēperantie: z habeat habitum electiuum temperan-

Virt⁹ dua-
pliciter
d^z cōsiste-
re in me-
dio.

De dñi inter theolo. & moza. virtu.

tie conformē. tūc fortes potest elicere dictamina p̄traria/ nō eliciendo electiones cōtrarias illis actibus a quib⁹ generabatur habitus tēperātie electionis. quo facto per frequentationē illorum dictaminū corrūpetur habitus prudētialis: et nō corrūpetur habitus electiuus/ qz nō potest corrūpi nisi p̄ actus cōtrarios: vt dictū est de corruptione habit⁹: ergo talis habitus electiu⁹ tēperātie nō corrumpitur: ideo naturaliter pōt manere habitus virtuosus absq̄ habitu prudētiali. Forte dices. nō est difficultas qn possit manere act⁹ electiu⁹ sine actu prudētiali: qz distinguunt realiter: & per cōsequēs deus potest vnū corrūpere altero cōseruato. sed tūc iste actus nō esset amplius virtus. Eodē modo dicā q̄ ille habitus electiuus nō erit ampli⁹ virtus absq̄ habitu prudētiali. Contra. illo habitu electiuo manēte sine habitu prudētiali & habita recta rōne: talis habit⁹ concurret ad cōsimiles actus illis ex quib⁹ genit⁹ est. ergo ille habitus est virtuosus. patet: qz propter nihil aliud dicit⁹ habitus virtuosus: nisi qz inclināt vel coëfficit cōsimiles actus virtuosos: et secluso habitu prudētiali inclināt ad actus virtuosos et coëfficit. ergo secluso habitu prudētiali talis habitus pōt dici virtus. Ideo apparet mihi p̄babile & indubitanter verū/ vt dicit Ockam: q̄ nō est de ratione habit⁹ electiu⁹ q̄ habeat habitū prudētiālē/ q̄uis sit de ratione actus q̄ habeat actū prudētiālē.

Tractatus Secundus. De differentia inter theologales & morales virtutes. Cap. I.

Secundus
Tractatus



Triplex
est dñian
ter virtu:
tes moza
les & theo
logas.

 mū imperiū volūtatis nunq̄ est meritoriū / nec moraliter
 bonū. Et hoc videt̄ manifeste p̄bare argumentū / qz alias
 esset processus in infinitū in actib⁹ credēdi: qz iudiciū quo
 iudicat intellect⁹ q̄ deus est: est actus fidei. ergo mediāte
 imperio volūtatis causatur. & iterū si illud imperiū sit vir
 tuosum/ opz intellectū iudicare q̄ ita sit iudicandū/ puta
 q̄ credendū sit q̄ deus est: & sic in infinitum. Verūtamen
 apud illos qui dicūt q̄ ad actū bonū et meritorium nō re
 quirūt actualis prudētia/ s; solū sufficit aptitudinalis pru
 dētia/ puta q̄ talis actus sit cōformis rationi recte si ades
 set/ & nō sit ratio cōtraria in intellectu: aut q̄ ad actū mo
 raliter bonū sufficiat dictamē opinatiū (de quo inferius
 tractatu tertio capite tertio differet̄) stare illud primū im
 periū eē meritoriū et virtuosum. ¶ Alia difficultas. Si im
 periū volūtatis cū ratione probabili sufficiat p̄ducere ali
 quē assensum cōclusionis cōtrariū et in specie aliū ab illo
 quē per se p̄duceret illa ratio topica: pari ratiōe imperiū
 volūtatis & demōstratio sufficiēt p̄ducere aliquē assensum
 aliū ab eo quē se sola p̄duceret demōstratio. Et tūc queri
 tur qualis erit assensus ille/ vel intellect⁹ / vel sapiētia / vel
 scientia / vel prudētia / vel ars. Si forte dicat̄ q̄ producent
 aliquē assensum qui erit scientia/ erit tm̄ perfectior assensu
 quē se sola p̄duceret demōstratio: Cōtra. assensus ille non
 erit euidētia/ ergo nō erit perfectior &c. Probatur antece
 dēs: nō erit natus causari mediate vel immediate ex sola
 terminorū notitia/ immo ad ipsum causandū erit necessa
 ria volūtas. Et cōfirmatur. Si ad primū actū fidei sit ne
 cessaria ratio topica: poterit ergo quis cogi ad nō creden
 dū. Probatur sequela: qz poterit illi ostēdi aliquo argumē
 to quod nō sciet ille solvere/ q̄ sua ratio topica nullam ha
 bet apparentiam. quo facto non poterit credere. ergo in
 uitus ad nō credēdum trahetur. ¶ Confirmatur secūdo.
 Capiō primū actum fidei quem habet aliquis: tu dicis q̄
 ad istum causandum p̄currit ratio topica. Jam queritur:
 vel antecedētī illius poterit tunc ex imperio volūtatis as
 sentire assensu fidei: v̄ non. Si nō/ ergo poterit firmi⁹ as
 h

De causa

sentire conclusioni alicuius rationis probabilis quam possit antecedenti. Si sic: cum ad illud antecedens non est ratio topica / ut supponitur: absque ratione topica poterit quis assentire alicui propositioni. ¶ Ad hanc difficultatem potest dici primo quod non potest imperium voluntatis cum demonstratione in assensum maiorem alterius speciei ab illo quem ratio demonstrativa se sola causaret. et ratio: quia respectu conclusionis non potest esse assensus perfectior: possum tamen in intentionem. sed cum ratione topica potest imperium voluntatis in alterius speciei assensum: quia opinativus non est perfectissimus qui possit respectu illius conclusionis esse. Unde autem hoc proveniat / non potest dici / nisi ex rerum natura. Dico secundo quod possunt in effectum perfectiorem etiam essentialiter. Et tunc ad improbationem nego quod non esset evidentia: et ad probationem concedo antecedens / scilicet quod non est causatus nec natus causari mediate vel immediate ex sola terminorum incompleta notitia: nec hoc requiritur: sed sufficit quod eminenter contineat aliquem assensum sic causabilem: et ita est de primo assensu / et non sic est de fide: quia assensus iste continet eminenter assensum quem demonstratio causaret se sola. ¶ Ad primam confirmationem concedo illatum / scilicet quod aliquis potest cogi ad non credendum aliquam propositionem quam credit / si evidenter ostendatur ei non esse aliquam apparentiam in ratione topica propter quam credit: et quod similiter sit ratio sophistica. Et istud certum est: sicut potest quis cogi ad non opinandum propositionem quam opinatur. Sed inde non potest inferri quod quis cogetur esse infidelis / cum non possit evidenter ei ostendi quod ratio quam habet respectu eorum que sunt fidei catholice / sit nullius apparentie. ¶ Ad secundam confirmationem dico breviter quod antecedenti primo rationis topice non potest assentire firmiter / nisi ad illud antecedens habeat aliam rationem: et tunc non erit prima / quia opposito dato / sequitur quod actus causatur per solum imperium voluntatis. quod probatur: quia opinio qua assentit antecedenti illius rationis / non potest active concurrere ad fidem illiusmet antecedentis / cum non possit esse simul: immo si causatur fides / ille assensus non est. et concedo corollarium quod firmiter possum assentire conclusioni alicuius rationis probabilis que prima adducitur / per imperium voluntatis / quam antecedenti illius possum. ¶ Alia difficultas precipua in hac materia. Sequeret ex ista opinione quod quicumque haberet assensum opinativum antecedentis alicuius consequentie quam scit esse bonam / haberet in sua potestate assentire firmiter et certitudinaliter consequenti: sed hoc est falsum. sequela patet: et falsitas consequentis probatur. Capiamus duas propositiones. a. et b. que mutuo sequuntur ad

se inuicē i bona cōsequētia: vt iste: luna est eclipsabilis: et inter solē et lunā potest poni corp⁹ opacū. quarū quilibet i bona cōsequētia infert reliquā: vt notū est / cū inter se cōuertātur. Et volo q^d vtraq⁹ nūc sit mihi neutra / et q^d immediate post hoc assentiā opinatiue. a. quo facto esset i mea potestate assentire firmit^r. b. et nō assentire: quoniā formata illa cōsequētia / cōstat mihi q^d sit bona. et antecedēs est ratio pbabilis. igit^r posito imperio volūtatis / sequit^r assensus firm⁹. Sit igit^r ita q^d ego assentio firmit^r. b. tūc sic: ego scio q^d. a. est psequēs ad. b. et b. est certum: ergo. a. est certū. igitur v^t ille due certitudines mutuo se causant: v^t a solo imperio voluntatis causant^r: quorum vtrunq⁹ est inconueniens. Primum quidē / quia sic effectus causaret suā causā. Secundū vero / quia solum imperium voluntatis sine motiuo sufficeret causare assensum firmū. Prims cōsequētia est nota: quoniam certitudo nō potest causare nisi certitudinem. si igitur b. est certum: et est antecedēs inferēs. b. a. igitur. b. est certum. Et secunda cōsequētia probat^r quo ad primū illatum: quia quero a quo causat^r certitudo. a. Si dicas q^d a certitudine. b. et certitudo. b. causata est per casum a certitudine. a. et sic sequitur illatum / q^d effectus causaret suam causam. Si dicas q^d ab opinione. b. causatur certitudo. a. contra: in omni philosophia quancūq⁹ aliquid agit effectiue / oportet q^d illud sit. sed opinio. b. tunc non est. igitur non causat certitudinem. a. Et q^d opinio. b. tunc non sit / patet: quia in primo instāti i quo. a. est certum. b. est certum. oportet igitur q^d dicat^r secūda pars illati / scilicet q^d certitudo. a. causatur a solo imperio voluntatis. Respondetur q^d oportet de necessitate fateri illatū / scilicet q^d in eius potestate est certitudinaliter assentire conclusioni / vel non assentire. Et ad argumentum in illo casu negat^r q^d. a. sit certū / nisi habeatur imperiū volūtatis ad. a. cū aliqua alia ratione motiua ad. a. Et ad probationem. b. est certum / et certum est q^d ex. b. sequitur. a. igitur. a. est certum. Negatur consequētia: sed bene oportet cōcedere q^d incipit corrumpi opinio ipsius illo tunc: hoc est q^d. b. incipit iā corrumpere assensum opinatiuū de. a. quia certitudo. b. cum certitudine consequētie naturaliter sunt productiue assensus certi de. a. et inueniunt contrarium: ideo nūc introduce^r assensus firmus de. a. quousq⁹ sit assensus opinatiu⁹ totaliter corrupt⁹. Et oportet concedere q^d effectus incipit corrumpere suam causam partialem / et tandem producit oppositum sue cause efficientis. Et q^d illa consequētia non valeat. b. est certum: et certum est q^d ad. b. sequitur. a. igitur. a. est certum: ratio est: quia in intellectu est aliquid repugnās certitudini. a.

De perditione

ideo non causat certitudo. a. et oportet addere: et in intellectu nihil est impossibile certitudini. a. igitur. a. est certum. Sz dices: ̄. igitur aliquid produceret per se et naturaliter corruptivum sui / et impossibile sibi: et sic idem corrumpere seipsum. Pz de assensu opinatio. a. causante certitudinem de. b. impossibilem sibi / et corruptivam ipsius opinionis. a. vt patet in casu. Concedenda sunt illata. Ecce forte et bonum argumentum in hac materia. videtur tamen fortificari si ponatur qd assensus debeat successiue pducere et corrumpi / scdz opinionem que cõiter sustentat qd nullũ agens naturale potest aliqd pducere aut corrumpere in instãti. [Reuera hoc argumẽtu est subtile: et ex cõsequẽti videt cõcedẽdu qd nullus effectus potest corrumpi totus simul ab aliqua causa naturali. et sic stat assentire pmissis et bonitati cõsequẽtie / et nõ conclusõi: et hoc ideo quia quelibet res diligit se permanere in esse.]

Additio.

¶ De perditione habitus fidei.

Cap. v.

Consequenter videndũ est quomodo habitus fidei perditur. Et possumus loqui de habitu acquisito: et talis (vt satis dictũ est in materia habituum) corrumpitur per actus contrarios illis ex quibus genitus est. Sed loquemur hic precise de infuso. et sit ppositio prima. Habitus infusus non

Prima ppositio.

Habitus infusus non perditur per quolibet mortale.

perditur per quodlibet mortale. patet. opposito dato sequetur quolibet existẽtem in mortali / esse infidelẽ. psequẽtia probatur. homo nõ dicitur infidelis a carẽtia habituum fidei acquisitorum / vt dicunt doc. alias paruulus baptizatus esset infidelis: quia nõ habet nisi habitum infusum. Similiter ille qui est multum habituatus circa omnes articulos fidei: per primum peccatum heresis efficeretur infidelis: et tamen habet adhuc omnes habitus acquisitos: quia nõ perduntur per unicum actum. ergo. Preterea nõ dicitur infidelis a carẽtia actus fidei: quia alias existens in gratia / dum dormit / eẽt infidelis. ergo oportet de necessitate dicere qd precise dicitur infidelis quia caret habitu fidei infuse. igitur omnis in peccato existens esset infidelis si perderet fidẽ: quod falsum est: cum sit christianus. ¶ Secunda ppositio. fides infusa non

Secunda ppositio.

perditur per quolibet actum contrarium actui ad quem inclinatur: et hoc supponendo qd inclinatur immediate ad omnes articulos. patet. nõ perditur per euidẽtiã. alias Paulus in raptu habens euidẽtiam multorum credibilium (quia vidit arcana que nõ licet hominibus loqui) perdidisset fidẽ infusam. nam euidẽtia circa articulum opponitur actui fidei circa illum articulum. Similiter patet de multis qui intuitiue viderunt humanitatem christi / qui habuerunt euidẽtiam aliquorum articulorum: et tamen erant fideles. sed euidẽtia est actus oppositus actui fidei eiusdem: igitur. Preterea est aliquis error oppositus fidei inuicibilis.

talis error non est peccatum. Igitur per ipsum non perditur fides: et tamen opponitur assensui ad quem inclinatur immediate fides infusa. ergo scilicet propositio satis probata relinquatur.

Tertia propositio. Fides infusa non perditur solum per peccatum heresis. patet. ille qui est infidelis sine pertinacia est infidelis sicut dictum est: quia per illud mortale infidelitatis perditur fides infusa: et tamen non est hereticus: quia in peccato heresis requiritur pertinacia. et quod perdat fidem patet: quia alias ipsa stare non posset cum dissensu cuiuslibet articuli non pertinaci.

Tertia propositio.

Quarta propositio. Potest perdi fides infusa sine quocumque assensu infidelitatis. patet. Qui dubitat in fide: infidelis est per beatum Augustinum. igitur dubitatio in fide sufficit ad perdendum fidem infusam: siue est demeritoria perditionis fidei infuse. et stat dubium in fide sine quocumque assensu. Nam qui apprehendit aliquem articulum et nec assentit nec dissentit dubitat: imo qui nec vult assentire nec dissentire. Quis illud et ostendat per sacras litteras: talis est infidelis: et tamen non habet assensum oppositum sed solum dubium quia nec vult assentire nec dissentire: et pure negative se habet. talis enim dicitur dubius in fide: et perdit fidem infusam: et dicitur infidelis.

Quarta propositio.

Ideo Dicitur diffiniens hereticum addit diffinitioni: vel pertinaciter dubitans. vide in dialogo suo. Ita quod ille est infidelis qui dissentit scienter articulo fidei vel dubitat pertinaciter. Ergo sine quocumque assensu vel dissensu potest perdi fides infusa.

Quinta propositio. Potest perdi fides infusa sine dissensu articuli fidei: sine dubitatione eiusdem: et sine assensu contrarie vel contradictione propositionis. patet. S. Tho. secundum quod scilicet q. 11. in vltima. arti. cum querit utrum ratio adducta ad ea que sunt fidei diminuat meritum: dicit quod si alicui adducatur ratio demonstratiua alicuius articuli: et in tali sit equalis ratio animi siue voluntas ad credendum sine tali ratione hoc est quod habeat propositum ita firmum quod dato quod nulla talis ratio adesset non minus assentiret illi articulo: est equale meritum fidei. Tunc arguitur sic. ergo pro oppositum si haberent nolle assentiendi nisi haberent rationem demonstratiuam esset demeritum infidelitatis: sicut alter habet meritum fidelitatis. et ultra. habet demeritum infidelitatis: igitur perdit fidem infusam: quia tale sufficit ad amissionem fidei infuse. nam si ratio demonstratiua non esset: talis sic volens nullo modo assentiret illi articulo. igitur tunc esset infidelis. sed per hoc quod ex euidencia assentit non magis dicitur fidelis. igitur tale propositum non assentiendi articulo fidei nisi adsit ratio demonstratiua: sufficit ad perdendum habitum fidei infuse. igitur quinta propositio vera.

Quinta propositio.

Sexta propositio. Meritum fidei non est ex assensu sed ex voluntate assentiendi et cetera. Pari forma meritum infidelitatis est nolle assentire re

Sexta propositio.

De p̄ditiōe habitus fidei.

**Meritū
fidei est
ex volun-
tate assen-
tiendi.**

Additio.

Dubium.

relatis. hoc vult dicere q̄ fides infusa perdit̄ p̄ omne pec-
catū formale infidelitatis. Uñ pct̄n̄ formale infidelitatis
non est actus intellect⁹ / qz nullus talis formaliter est pec-
catum: sed est actus voluntatis: scz nolle assentire sciēter
articulo fidei: v̄ nolle assentire articulo fidei nisi adsit ra-
tio demonstratiua. Nam sicut meritū formale fidei non est
ex assensu: ita demeritum fidei non est ex dissensu: sed est
ex voluntate. Nam meritum fidei est ex velle assentire ar-
ticulo fidei: v̄ ex velle non minus assentire articulo fidei
vbi nulla ratio demonstratiua esset. ita demeritum infide-
litas est ex nolle assentire r̄c. Si igit̄ cū assensu euidenti
alicui⁹ articulo fidei est simul nolle assentire nisi esset ra-
tio euidēs: est demeritū infidelitatis: sequitur vltra q̄ est
amissio fidei infuse. Ex quo sequit̄ q̄ qñ aliq̄s dissentit ar-
ticulo fidei / vel dubitat / v̄ nult assentire nisi adsit rō de-
monstratiua illi⁹ articulo: p̄dit fidē infusam: z est infidelis:
sed nō est heretic⁹: nisi alteri istoz triū insit p̄tinacia. Ubi
cūq̄ ergo est illud ex parte volūtatis / a quo puenit deme-
ritū infidelitatis / puta nolitio assentiēdi: p̄dit fides infu-
sa. sic in quocūq̄ est illa volitio in volūtate a qua depēdet
meritū fidei / habet talis meritū fidei / q̄uis nō habet actū
fidei. [Cōtingit etiam dubitare in fide z opinari / nō male
agēdo. p̄tz. pōt quis habere ignorātiā inuincibilē alicui⁹
articuli. igit̄ dubitans tunc vel assentiēs cū formidine / nō
male aget. Sed vbi constat vel cōstare debet: dubitās vel
opinās male agit: imo etiā demeritū infidelitatis potest
haberi sine om̄i nolle: vt in dubitāte. sec⁹ est de merito.]

**Queri⁹ cōsequenter vtrū ex assensu infidelitatis perda-
tur habit⁹ infusus fidei. i. fides infusa ex vi formalis p̄tra-
rietatis z repugnātie / vel solū demeritorie? Ad hanc du-
bitationē ponit Ockam in tertio q̄dlibeto. q. vij. duos mo-
dos dicēdi quos reputat p̄bables. Primus modus dicen-
di est q̄ omnis dissensus articulo fidei repugnat fidei infu-
se formali contrarietate: z sic corrūpit fidē infusam tanq̄
p̄trariū formaliter repugnās. Secundus modus dicēdi est
q̄ solum demeritorie ei opponit̄: z q̄ fides infusa tantum
corrūpitur demeritorie. z iste modus videt̄ probabilior et
verior. z ratio est. Nam possibile est q̄ in aliquo sit aliquis
assensus oppositi articulo: vel dissensus articulo inuincibilis.
quo facto erit ille dissensus articulo cū habitu infuso f̄
dei: q̄ nō est formalis repugnātia inter illos. z non est dicē-
dum q̄ de⁹ facit illi miraculū / miraculose cōseruādo fidē
infusam cū illo dissensu: s̄z mere naturā sunt simul. igit̄
nō repugnāt formaliter. z vltra. si ille idē assensus succes-
siue incipiat fieri vincibilis / perdetur fides: z tñ non erit
tunc maior repugnātia q̄ nunc. Igit̄ solum corrūpitur**

demeritorie p̄ dissensū articuli / et nō ex formali repugnātia.

¶ De obiecto fidei.

Cap. vi.

Verum est quomodo p̄ditur fides infusa: et hoc loquendo in viatore: et cōclusum est q̄ quādo in aliquo est formalis infidelitas / siue talis habeat dissensum articuloꝝ / vel assensum oppositoꝝ / siue dubiū / siue nolitionē assentiendū / nisi adsit euidentia vel demonstratio: talis perdit fidē infusam.

¶ Tūc consequēter vidēdum est de obiecto ipsius fidei: vtrum videlicet obiectū fidei sit dūtaxat verū? Et nō sit h̄ difficultas de obiecto an sit cōplexū vel incomplexū / puta propositio / vel res significata per illā: s̄ queritur de obiecto q̄tum ad esse verū vel falsum / vtrū fides infusa habeat pro obiecto verū. ¶ Pro solutione notandū q̄ omnes concordant q̄ fides infusa habet p̄ obiecto dūtaxat verū / et solum inclināt ad assentiendū verū / et nunq̄ falso. Nā ista duo nō sunt compossibilia / hic assensus est ex fide infusa: et hic assensus est falsus. Ratio est / qz nunq̄ aliquid est obiectū fidei infuse nisi reuelatum a prima veritate. s̄ a prima veritate nunq̄ potest reuelari falsum: ergo implicat q̄ aliquid sit falsum / et sit obiectū fidei infuse sc̄d̄ q̄ falsum est. ¶ Hic sunt difficultates. Prima / capio sortē qui ex fide infusa heri assentiebat antichristū esse futurū: ita q̄ fides infusa partialiter concurrebat ad illū assensum p̄ducendū. tunc sic. mō ista p̄positio est necessaria: ille assensus causabatur ex fide infusa. patet: cum sit vna de preterito que nullo mō depēdet ex vna de futuro. ista nūc est necessaria / iste tot⁹ assensus fuit. et nō est possibile totū illū assensum fuisse / quin fuerit causat⁹ ex fide infusa cū alijs causis cōcurrentibus partialibus. Quis fides infusa concurrebat ad illā / patet: est nunc necessariū illū assensum fuisse ita intēsū. et seclusa fide infusa / s̄ solum alijs causis stātib⁹ / sc̄z intellectu et quibuscunq̄ rationibus / tales non poterāt causare ita intēsū assensum sicut iste est: et nō pōt alia causa cōcurrere nisi fides infusa. igitur opz de necessitate fidē infusam concurrere ad illū assensum. igitur ista est vera / iste assensus causabatur a fide infusa. S̄ ista est possibilis nūc: antichristus nō erit. igitur pōt ita esse. quo facto / ille assensus fuit falsus: qz significabat antichristū fore: et per casum antichrist⁹ nō erit: et tū in rei veritate ille assensus causat⁹ est a fide infusa / et nō pōt nō fuisse causat⁹ ab ea. et certū est q̄ illa p̄positio: antichristus nō erit / nō repugnat isti: iste assensus fuit causat⁹ a fide infusa. p̄. nā oē possibile cuilibz necessario ē p̄possibile: qz nunq̄ necessariū et possibile repugnāt. Igit fides inclināt ad falsum. forte dices sicut dicit Altiss. cōcedo istā eē ne-

Fides infusa habet verū pro obiecto.

Vide Scotum xiiij. q. q̄d libet.

h̄ iij

De obiecto

cessariā: iste assensus fuit: et nūc ē necessariū q̄ fuit ita in
tēp̄: et q̄ p̄ducebat̄ a fide infusa. Ut sic. cōcedo q̄ sit neces-
sarium illū assensum fuisse causatū a fide infusa: et cōcedi-
tur cum hoc q̄ ista est possibilis/antichrist⁹ nō erit: et cōce-
ditur q̄ est alteri compossibilis: et tūc admittit̄ casus q̄ an-
tichristus nō erit. s; tūc dico q̄ ille assensus non est falsus/
sed est assensus ver⁹/significās q̄ antichrist⁹ non erit/ ita
q̄ est assensus sui p̄tradicōrij. ¶ Sed cōtra. illi duo assen-
sus quib⁹ iudico antichristū fore/ et antichristum nō fore/
sunt cōtrarij differentes specie. ergo vn⁹ nūc potest fie-
ri alter. igit̄ assensus qui ponebat̄ significare antichristū
fore/ nō potest esse assensus significās antichristum nō fo-
re. Itē sequit̄ q̄ ista esset possibilis et vera/ peccaui mortā-
liter: et tamē nūc est possibile me nūc peccasse mortalit̄.
patet. volo q̄ heri ego asseruissem p̄tra cōsciētā meam et
ex certo p̄posito/ antichristum non esse futurū. illud peccā-
catū est mortale/ qz mendaciū in fide est grauissimū. nō
iudicarem antichristū esse futurum/ et oppositū asserēdo
mētitus fuisset. igit̄ peccassē. s; possibile nūc est per te
q̄ illud fuisset verū/ scilicet q̄ antichristus non erat futu-
rus. ergo nūc est possibile q̄ non fuerim mētitus/ et per cō-
sequēs nō peccassē mortaliter/ imo meruissē. ergo nūc est
possibile q̄ non peccaui mortalit̄. et hoc ē vnū de pre-
cipuis argumētis. ¶ Secundum argumētum principale
est. capio iudeū circa t̄p̄s natiuitat̄ christi/ qui ante natiui-
tatē christi p̄ horā elicuisset ex fide infusa iudiciū q̄ christ⁹
nasceretur. tūc arguit̄ sic. Eliciat per vnā partem ho-
re anteq̄ nasceretur/ et cōtinuet per dimidiā hore post na-
tiuitatē. in illa quarta parte ante natiuitatem talis assen-
sus eliciebat̄ a fide infusa/ et causabat̄ in tāto gradu/ et p̄ser-
uabatur a fide infusa. igitur nūc continuatur ab ea / quia
alias nō esset in tāto gradu. et tamē nunc post natiuitatē
est falsum. unde fides infusa est agens pure naturale: igit̄
quēcunq̄ effectum conseruat in vno tempore / potest in
alio cōseruare. igitur potest illū assensum post christi nati-
uitatē cōseruare. et talis erit falsus. igit̄. p̄terea volo q̄
christ⁹ natus fuisset tempore naturalis continuatiōis. tūc
arguit̄ sic. ille assensus per aliquod tempus post natiuita-
tē christi naturalit̄ cōtinuabat̄: et nō potest ille cōtinuari
nisi cōseruāte habitu infuso. q̄ habitus infus⁹ cōcurrīt qm̄
est falsus. patet minor: scz q̄ nō possit cōseruari nisi cōcur-
rēte habitu infuso. Nam alie cause cōcurrētes cū fide nō
sunt sufficiētes ad p̄ducendū talem effectū et tantū. ergo
nūc p̄seruare/ siue necq̄ cōseruare. ergo si naturaliter cō-
tinuet̄ p̄ illud parū tēp̄: oportet de necessitate fidē infu-
sam cōcurrere ad illū conseruandū. ¶ Quantū ad primū.

sortes qui heri iudicabat antichristum futurum &c. Dico quod oportet necessario incidere in vna istarum solutionum / puta quod ad preteritum sit potentia / et quod deus non potest facere quod antichristus non veniet / quin faciat quod ille assensus non fuerit: vel saltem quod non fuerit a fide infusa / sed ab alia causa. Secunda solutio. supposito quod ad preteritum non sit potentia / oportet dicere quod ille assensus / si antichristus non veniret / nunquam fuisset assensus: vel fuisset assensus contradictorius / vel non assensus. vnde ista non dependet ex vna de futuro / iste assensus fuit / sed ista propositio: iste assensus fuit assensus huius / antichristus erit: dependet ex vna de futuro. oportet ergo concedere quod talis qualitas fuit / et fuit assensus. Contra. assensus huius / antichristus erit / est contingens. ponamus in esse. an fuisset assensus? Dicitur quod sic. Sed queritur cuius fuisset assensus? Dico quod huius / antichristus non erit. Contra. differunt specie. propter quod sunt qualitates formaliter repugnantes: puta duo iudicialia contradictoria. Dicitur quod verum est quod ille qualitates que producantur ab habitibus naturalibus / vel a causis pure naturalibus: tales assensus differunt specie / et formaliter repugnant. sed stat duos tales esse non differentes specie: puta quando producantur supernaturaliter / vel a causis a deo supernaturaliter productis. Ad secundam rationem / cum arguitur: ex hoc sequitur quod ista esset vera / peccavi: et nunc est possibile me nunquam peccasse: et ex consequenti ista esset vera / sortes est damnatus: et possibile est quod nunquam peccavit illo peccato pro quo est damnatus. patet. asserendo quod antichristus non erit / ponendo in esse quod non erit / iam non fuisset meritum: immo dixisset verum: quod credebat ex fide quod non erit. ergo imperare illam assertionem / non esset peccatum: sed potius meritum. Dico quod oportet necessario concedere quod illa volitio qua volebat asserere ipsum non esse futurum / esse volitio asserendi ipsum esse futurum: vel quod est possibile quod nunquam peccauerit mortaliter illo peccato: vel tertio dicendum / et apparet probabilius: quando dicitur quod habitus infusus non potest concurrere ad falsum: verum est de lege: quod est solum instrumentum motus spiritus sancti. sed supra legem non est inconueniens dicere quod ille habitus ex natura propria concurrat ad falsum. Unde aliqui tenuerunt quod deus potest decipere / et reuelare falsum. ideo secundum illam opinionem talis habitus fidei concurreret immediate ad istud: omne reuelatum a deo est verum: quod habet illud pro obiecto adequato. et si reuelaret falsum / oporteret de necessitate concedere quod illi habitui supra legem non repugnat concurrere ad falsum. sed non est possibile de lege quod deus decipiat et reuelet falsum / et quod ille habitus concurrat ad falsum / sed supra legem non est inconueniens. Unde quod antichristus nunquam veniat / est simpliciter possibile / sed non de lege. ideo sublata lege non est incon-

Uide de
Ariaco
xlj. q. i.

De spe.

ueniēs q̄ talis habitus fidei infuse concurrat tā in p̄sentē
p̄terito q̄ futuro ad falsum. Uñ Altissimodozē. et Gregori⁹
bene impediūtur in solutione huius: et dat Gre. duas solus
tiones. ¶ Ad scōm cum infertur ille assensus naturaliter
causabat et hoc a fide infusa: negat hoc: immo q̄ cito fuit
natus christ⁹ / nunq̄ postea fides infusa cōcurreret ad illū
assensum. Cōtra. ille assensus conseruabat naturaliter: et
alie cause non erāt sufficiētes. igitur. Nego q̄ cōseruabat
naturaliter: immo necessario remittebat. et quāuis volun-
tas non posset libere desistere: tñ in illo paruo tēpore defi-
ciebat vna causa conseruās / scz habitus infusus. Dicit pre-
terea Altissimodo. q̄ illi qui ante incarnationē credebāt fi-
liū dei esse incarnandū / debebāt considerare tēpus aduē-
tus Christi / et discernere sicut erant edocti a p̄phetis / per
quos illuminabātur a vera luce / et debebāt sequi illam il-
luminacionem. quod qz non fecerūt / dominus cōqueritur
de ipsis per hieremiā dicētem: Miluus et hirundo et cico-
nia cognouerunt tps aduentus sui: popul⁹ aute meus no
cognouit iudicij dni. Cum ergo aduenit tēpus incarna-
tionis determinatū a prophetis: non debuerunt credere
Christū esse incarnandum determinate: s; Christum esse
incarnatū / vel incarnari / vel incarnandū esse. Uñ patet q̄
si aliquis in instanti incarnationis crediderit Christū esse
incarnandū / nō credebatur hoc motu virtutis / s; tantū mo-
tu liberi arbitrij / relinquens illuminationē vere lucis / qm̄
nō obseruauit tēpus a prophetis determinatū et p̄nū-
ciatū aliquo modo. hec Altissimodo. Dices: ille assensus conti-
nuatus erat. meritori⁹: ergo ex fide. nā notum est q̄ nō te-
nebātur iudei scire punctaliter qm̄ erat nasciturus: immo
rustici et indocti satis magno tēpore post non tenebātur.
ergo talis assensus continuat⁹ poterat esse meritorius. Cō-
cedo q̄ aliquis potest mereri per assensum falsum / immo
aliquādo per assensum cōtrariū assensui fidei: vt de vetu-
la assentiēte plato predicāti oppositum fidei / qd̄ nō tene-
tur credere explicite. et tñ non sequitur q̄ ille assensus est
ex fide: s; imperatur ab vna volitiōe et c. non em̄ opz omnē
assensum meritorū esse ex fide. Ergo resolutorie cōcludē-
do dicēdū est q̄ de lege fides infusa nō p̄currat ad falsum:

Et supra legē nō est incōueniēs: et assensus falsus bn̄ est me-
ritorius de lege: s; nunq̄ est assensus fidei. Et sic dicta de
fide nūc sufficiant. ¶ De spe. La. vij.

De distin-
ctiōe spei
ab alijs
theologi-
cis virtutib⁹



Sunt aliqua ḡnalia de spe. ¶ Uñ est vna
difficultas inter doctores sat⁹ magna / quomō-
do spes distinguit a ceteris virtutib⁹ theologiacis /
scz a fide et charitate? Et apparet q̄ nō possit
poni distincta ab illis duabus. p̄z sic. Nō pos-

nuntur habitus distincti etiã sup̄naturales/ nisi p̄pter di-
 stinctionē actuum ad quos inclināt. sed non p̄t esse act⁹
 spei distinctus ab actu fidei et charitatis. ergo non est po-
 nendus habitus spei distinctus ab habitibus fidei ⁊ chari-
 tatis. Maior est satis nota. Minor probatur. non possunt
 respectu dei reperiri nisi duo actus/ scz actus voluntatis/
 et actus intellect⁹. nam actus intellect⁹ circa deũ per-
 tinet ad fidē: ⁊ actus volūtatis circa deũ pertinet ad cha-
 ritatē. ergo non est ponēdus actus spei distinctus ab acti-
 bus illoꝝ. ¶ In oppositum est auctoritas apostoli. j. ad Co-
 rinthios. xij. Manēt fides/ spes/ et charitas: tria hec. se-
 quitur ergo q̄ postq̄ apostolus dicit tria hec/ q̄ est distin-
 ctio inter actus illoꝝ. Unde tota difficultas puenit ex eo
 qz difficile est cognoscere quid sit actus spei: et circa hoc
 diuersificantur doctores. Ockā in tertio quodlibeto que-
 stione. j. dicit q̄ actus spei differt ab actu fidei/ et ab actu
 charitatis/ sed illos duos necessario p̄supponit/ et ab illis
 naturaliter causatur. Nam dicit q̄ actus spei est actus vo-
 luntatis p̄supponēs tam actū credēdi q̄ actum deside-
 rādi: ⁊ distinguit ab vtroq̄. ¶ Distinguit ab actu deside-
 rādi: patet. nam stat act⁹ desiderādi in aliquo qui tamen
 non credit assequi desideratum. talis enī tunc nō sperat:
 sed stāte desiderio si credat assequi desideratum/ statim
 sperat. Similiter distinguit ab actu credēdi: qz si q̄s cre-
 dat aliq̄ bonum/ ⁊ non desideret illud: non erit spes. sed
 si stante actu credēdi/ sequatur desiderū: statim sequitur
 spes. Sed q̄ actus spei distinguatur ab vtroq̄ cōiunctim/
 non potest euidenter sciri/ nisi per experiētiam. Et sic pa-
 tet q̄ distinguitur tam ab actu credēdi q̄ desiderandi.
 sed positis illis duobus/ scz desiderio beatitudinis/ cū cre-
 dulitate habēdi: necessario necessitate naturali causat
 spes. ideo dicit Ockam q̄ est tertius actus distinctus ab
 illis duob⁹: nec est actus volēdi nec credēdi: sed est vn⁹
 actus naturaliter causatus ab actu credēdi et ab actu de-
 siderandi cōiunctim: ⁊ potest ab illis separari per potē-
 tiam diuinā: non naturaliter. analogia est quādo aliquis
 nult malum futurum: si non habeat probabilitatē q̄ eue-
 niet/ non timet: sed posita nolitione mali futuri/ cum pro-
 babilitate vel apparentia q̄ eueniet/ necessario causat ti-
 mor: ⁊ naturaliter qui habet malū futurū pro obiecto/ ti-
 met. Ita etiã quando creditur aliquod bonum esse futu-
 rum/ q̄ desideratur: causatur naturaliter actus spei: hoc
 est/ posito desiderio alicuius boni futuri cū credulitate q̄
 eueniet/ necessario causat actus sperandi illud bonū futu-
 rū. ⁊ si tale desiderū sit respectu dei vel beatitudis p̄ferē-
 de ab ipso deo/ talis act⁹ causat⁹ ab illis duob⁹ erit act⁹ vira-

De causa
 tiōe act⁹
 spei fm
 Ockam.

De spe.

tutis theologice. Unde Ockā habet consequenter cōcedere q̄ spes nō est actus volūtatis nec intellectus sed est passio: et q̄ act⁹ spei non est ex se bonus. i. ppria bonitate: sed si sit bonus est bonitate illoꝝ actū a quibus naturaliter et necessario est causat⁹. Sed ista opinio non videt̄ vera. Nam cū spes sit virtus: oportet q̄ actus ei⁹ sit in se bonus. vnde act⁹ intellect⁹ suo modo sunt in se boni vt assensus verus dicitur bonitas intellect⁹. ¶ Difficultas est s̄m hanc opinionē: qz sequitur q̄ nulli vel saltem pauci sperarēt. Unde licet quilibet viator catholicus credat q̄ beatitudo est sibi possibilis et credat illā habere si perseuerauerit in grā et meritis (habet enī fidē de ista catholica beatitudo est mihi possibilis) nullus tñ est q̄ habeat firmā credulitatē isti⁹ / ego saluabor / qz q̄libet est incert⁹ an odio vlt amore dign⁹ sit: et an perseuerauerit in gratia. Tunc arguit̄ sic. Si ad illum actū spei causandū requirit̄ talis certitudo: pauciviatōres sperarēt. Dices / sufficit illa certitudo cōditionalis qua credit se habiturum beatitudinē si perseuerauerit. Contra. cum illa certificatione et desiderio beatitudinis adhuc stat q̄ non sit spes / puta nult perseuere in grā et meritis. q̄ non sufficit illa certitudo cū illo actu desiderādi. et hoc habet de necessitate cōcedere Ockam. Sanctus Bonauētura. xxvj. qōne tertij. dicit q̄ duo sunt actus spei. Primus est confidere in deo / puta q̄ deus non potest hominē deserere / nec vult: ideo habet p̄fidentia. et ad istū actum sequitur alius actus / scz expectare. Et primus act⁹ est principalior actus spei. Sed nō video quid sit confidentia nisi iudicium intellect⁹. et expectare non videt̄ nisi volūtatio. et sic poneret actū spei non esse vnicū actū: sed vnum intellectus / alterū volūtatis. Unde cōfidere est habere iudiciū vel certitudinē de aliquo q̄ pōt sibi benefacere. Si sint ergo duo act⁹ spei / opz dicere (sicut antiqui) q̄ sperare importat duo: scz actum intellect⁹: et actū volūtatis. et sperare est aggregatū ex illis duob⁹: et vn⁹ spectat ad fidē / alius ad charitatē. et nisi esset auctoritas apli / ista opinio esset multū pbabilis. Alia est opinio cōmunis quā tenet Scotus in tertio / q̄ spes est virtus theologica distincta a fide et charitate: et est actus volūtatis / puta desiderū quo desidero mihi bonū infinitū. i. deum / et hoc a deo seipsum nobis liberaliter cōferente / non quidē primo / sed propter aliquid aliud acceptū sibi ordinatum ad illud. hoc est / est actus voluntatis quo volo bonum infinitū esse mihi bonū ex liberalitate sua mediantibus meritis et gratia. et tunc illud velle vocatur spes / ita q̄ obiectū spei est bonū infinitū cōmunicatū nobis ex liberalitate sua ex gratia et meritis precedētibus. Vñ ad actū spei tria requirunt̄. Primo

Hoc non concedet ockam. q̄ cum
certificatione q̄ beatitudo est mihi
possibilis & desiderio quo desidero illā
consequi perseuerauo in gratia et meri
tis q̄ non sit spes

Eccl̄s. ix.

Duo sunt act⁹ spei.

Quid cōfidere.

Opinio cōmunis.

Ad actū spei tria requirunt̄.

requiritur ex parte obiecti quod illud sit absens. ¶ Contra. deus nunquam est nobis absens. ergo actus circa deum non erit desiderium. Respondetur quod quo ad entitatem / existentiam / et intimam presentiam / nunquam est nobis absens: sed ubique presentius realiter: sed dicitur absens in ratione obiecti beatifici / quia non contingit per claram visionem et fruitionem. et quia est nobis absens in ratione obiecti: ergo potest desiderari ut sit nobis presentius in ratione obiecti. Secundo quod illud obiectum desideretur per futuro esse presens ab alio. scilicet a deo. Tertio quod per aliquid aliud / scilicet per merita et gratiam ista requiruntur ad actum spei qui est actus voluntatis. Ideo clarum est quod distinguitur ab actu fidei: quia sunt diuersarum potentiarum. Sed videndum est quomodo actus spei distinguitur ab actu charitatis. Unde actus charitatis est actus quo voluntas concipit bonitati diuine / seu quo voluntas amat deum in se tanquam bonum in se: ita quod actus charitatis respicit deum ut bonum in se: actus autem spei respicit deum ut bonum alteri. hoc est / actus spei est ex affectione commodi: et actus charitatis est ex affectione iustitie: quoniam ille actus quo opto illam bonitatem mihi tanquam commodam et utilem / est actus spei. ideo tota differentia est inter actum charitatis et spei / quia actus charitatis respicit deum ex affectione iustitie. id est tanquam bonum in se / sed actus spei tanquam bonum alteri. ¶ Dices. ergo spes erit actus concupiscentie. Dico quod sic. Contra. ergo non posset habere deum per obiecto. probatur: quia deus non potest licite amari a nobis amore concupiscentie / sed solum amore amicitie et propter se. Respondetur quod cum deus sit bonum in se / et propter se: tale bonum potest esse nobis bonum: potest ergo amari et amore amicitie et amore concupiscentie: amore amicitie / quia est in se bonum / et amatur propter se. et non solum est bonum in se / sed etiam nobis. ideo potest amari amore concupiscentie. Contra. ergo actus spei est usus dei. patet: quia assumitur deus in facultatem voluntatis propter aliud / scilicet propter sperantem. nego quod omnis talis actus sit usus: licet omnis actus voluntatis quo assumitur obiectum in facultatem voluntatis tanquam minus amandum / et propter aliud ultimate / sit usus. Unde licet actu spei assumatur deus tanquam summum bonum utile mihi et commodum: hoc non est propter me ultimate / sed ultimate me refero in deum. ideo actus spei non est usus dei. [Adam concedit quod actus spei est usus: et Durandus dicit quod obiectum spei est creatura / beatitudo scilicet formalis.] habet ergo resolutorie ex ista opinione que est communis / quod actus spei est velle sibi beatitudinem a deo liberaliter conferente non primo / sed ex gratia et merito preuisi.

¶ Nunc difficultas est circa istam opinionem / quod videtur quod desiderare primo meo beatitudinem / siue deum beatificare ab ipso deo / ex gratia et merito ipsius proximi / quod ille actus

usus est dilectio
rei minus amor
se propter dile
ctionem rei ma
gis amata de
Additio. dilectio
proximi prop
ter deum

De spe.

esset spes. consequens est falsum / quia nō speram⁹ alteri / s; nobismetipsis. patet sequela. ille act⁹ quo desidero proximo beatitudinem ex meritis ⁊ gratia proximi / est eiusdē speciei specialissime cum actu quo desidero mihi beatitudinē a deo ex grā preuia ⁊ meritis: quia obiectū totale vn⁹ us actus est eiusdē speciei cū obiecto totali alteri⁹ / ⁊ secū dum eādē rationē est obiectū vtriusq;. ergo illi act⁹ sunt eiusdē speciei. Preterea / si iste actus quo desidero proximo beatitudinē ex meritis suis / poneret in proximo / esset act⁹ spei / ⁊ spes pximi ꝓcurreret ad illū eliciēdū. ergo eodem modo si ponat in me spes mea / actiue cōcurreret ad illū ꝓducēdū / qz est eadē spes mea ⁊ spes pximi saltē i spe cie. ¶ Hāc difficultatē tāgit Scotus: sed dicit / solutionē quere: et nō soluit. Ideo difficultas ē an talis act⁹ quo desidero proximo beatitudinē ex meritis suis a deo / sit act⁹ spei. Primo nō ē difficultas quī sint eiusdē speciei / vt probat argumētū primū. ⁊ si poneret in proximo / esset actus spei. sed an sit act⁹ spei in me / est difficultas. Pro cui⁹ solutione sanct⁹ Tho. secunda secūde / questioe decimasextima articulo tertio querit vtrū ego possim alteri sperare. Resoluit in fine q̄ sic / Quis nō ita ꝓprie sicut mihi. nihilo minus act⁹ quo spero alteri / est ab habitu spei. ⁊ dicit q̄ sicut ab eodē habitu charitat⁹ ꝓcedit amor quo q̄s diligit deū / seipsum / ⁊ pximū : ita etiam est eadem virt⁹ qua q̄s sperat sibiipsi ⁊ alij. ⁊ q̄ ita sit: scdm argumētū est multū apparēs q̄ habit⁹ spei mee ⁊ pximi sint eiusdē speciei specialissime omnino. ⁊ si tale desiderū esset in pximo / ꝓcurreret habit⁹ proximi. ergo si tale desiderium ponat i me: ad illud producēdū cōcurrit habit⁹ spei mee. Ideo ab eodē habitu producit desiderium quo desidero mihi beatitudinē / ⁊ desiderium quo desidero pximo beatitudinē. ⁊ oportet ita dicere: nisi velim⁹ dicere q̄ spes habet illū i quo est / siue qui sperat / ꝓo partiali obiecto. ⁊ ista cōsequētia nihil valet: isti habit⁹ sunt eiusdē speciei specialissime ergo si habitus vnus cōcurrat ad vnum actū / etiā ad illū cōcurrit alius habitus. Ideo consequenter dicendo / spes quā habeo / habet hoc totū ꝓ obiecto totali / scz beatitudinē mihi a deo ex meritis ⁊ grā cōferri. Ideo nō ꝓcurrit ad desiderū q̄ desidero platonī beatitudinē ꝓc. qz nō habet idē obiectū totale. Nā i vno obiecto totali ponit ly mihi et in alio ly platonī. S; hoc dicēdo / ꝓr opz dicere q̄ spes infusa platonis si poneret in sorte / nō itēderet spē sortis / qz non haberet sortē ꝓ partiali obiecto / s; platonē. Ideo opz in alterū istorū incidere / vlt q̄ spes infusa in q̄cūq; in quo est / habet illum ꝓo partiali obiecto: et obiectum totale spei sortis est beatitudo quā sortes sperat sibi a deo liberae

liter cōferēte ex meritis et grā: et obiectū totale spei plato
 nis est beatitudo quā plato sperat sibi a deo liberalit̄ cōferē-
 re ex meritis et grā. nō manifestū est q̄ ista obiecta totalia
 differūt. iō ab illis causant̄ diuersi act⁹ et habit⁹. et sic habi-
 tus vnus nō p̄currit ad actū alteri⁹. sequit̄ igit̄ q̄ act⁹ si-
 ue desiderii quo desidero platoi beatitudinē nō est spes.
 S; si habeat solū hoc pro obiecto | sc; beatitudinē futurā
 a deo ex meritis | ita q̄ nō ponat̄ in obiecto | cui: tunc tale
 desiderii quo desidero alteri beatitudinē et c. esset spes. et
 hoc sane intellige | q̄ ly cui nō sit de ratione obiecti spei. et
 hoc p̄bat scōm argumētū. ¶ Alia difficultas. spes est act⁹
 volūtatis. ergo si eliciatur ab habēte charitatē | erit meri-
 torius. vltra: erit meritori⁹ | ergo est immediate a charita-
 te. et vltra | immediate p̄cedit a charitate | ergo est actus
 charitatis elicitue. ergo charitas et spes nō distinguūtur.
 quod patet. nā quādoquē sunt aliquę virtutes distincte:
 nunq̄ idē actus est immediate causat⁹ ab illis duab⁹. Un̄
 actus spei est bonus nō bonitate extrinseca. ergo si eliciat̄
 ab habente charitatē | est immediate meritori⁹. ergo erit
 actus charitatis. ¶ Pro isto argumēto dicit gabriel in ter-
 tio in hac materia quā cepit a Scoto | q̄ oportet fateri q̄
 actus qui est precise actus spei | nō est meritori⁹ immedia-
 te | sed solus act⁹ charitatis. ¶ Unde habit⁹ spei regulat af-
 fectionē cōmodi | et habit⁹ charitatis affectionē iustitie: et
 act⁹ p̄cedens ex affectione p̄modi | nunq̄ est bon⁹ nisi sit
 imperatus ab actu p̄cedēte ex affectione iustitie. iō nunq̄
 est meritorius nisi imperat⁹ ab actu charitatis. Un̄ p̄p̄ri⁹
 actus charitatis est habere complacentiā in bonitate dei
 vt est in se bona. et si habito isto actu quo volo deū eē in se
 bonū | quo amo vt in se bonū: (q̄ talis est amor amicitie | et
 p̄p̄rius act⁹ charitatis p̄cedēs ex affectione iustitie) impe-
 retur vnū desiderii quo desidero mihi bonum illud | talis
 act⁹ est meritori⁹ nō p̄prio merito | s; merito illi⁹ a q̄ impe-
 ratur. sit ḡ sortes q̄ absq̄ illo actu quo diligit deū in se | ve-
 lit eū sibi ex meritis et grā. ille act⁹ nō ē meritori⁹ neq; bo-
 nus moralit̄ | saltē p̄fecte bon⁹ | q; deficit relatio in vltimū
 finē. Un̄ dictū est p̄p̄ri⁹ q̄ ad bonitatē p̄fectā moralē requi-
 ritur relatio actualis v̄ virtualis in finē. iō sortes h̄ns talē
 actū q̄ vult deū sibi ex meritis et grā | ibi sistēdo. i. nō refe-
 rēdo v̄lteri⁹: talis actus p̄p̄rie nō est bon⁹ | q; solū p̄cedit
 ab affectiōe p̄modi | p̄pterea q; talis act⁹ non est ex actu q̄
 feror in deū p̄pter se. Utrū talis actus sit mal⁹: Dicit Sa-
 briel q̄ est indifferēs | s; supueniēte dilectiōe dei sup oīa |
 illud desiderii erit bonū extrinsece | puta merito illius di-
 lectionis superueniētis. Ideo dicit Scotus q̄ actus spei
 nō est meritori⁹ nisi propter actū charitatis superexistēt̄.

nota.

De spe.

Difficultas.

¶ Alia difficultas | an idē act⁹ possit esse simul spei ⁊ charitatis? Dico q̄ sic. sicut em̄ vnico actu possum diligere forte propter deū | ita vnico actu possum velle deum mihi propter ipsum deū summe amatū: ⁊ talis actus est act⁹ charitatis | qz dilectio dei: ⁊ actus spei | qz desiderium dei vt bonum mihi. ergo idē actus immediate ⁊ elicitiue ꝓcedit a duabus virtutib⁹ distinctis. Cōceditur q̄ non est inconueniēs q̄ idem act⁹ a duobus habitib⁹ | vno infuso | altero acquisito | specie distinctis | ꝓcedat. similiter a duobus habitibus infusis specie distinctis ꝓcedit idē act⁹ numero immediate ⁊ elicitiue: vt patet in ꝓposito. S3 q̄ idem actus numero ꝓcedat immediate a duob⁹ acquisitis specie distinctis | visum est pri⁹ q̄ non. ¶ Ad tertiā difficultatē | scz q̄ nullus possit desperare | cū nō possit nolle beatitudinē: Respōdet ꝓ duas ꝓpositiōes. Prima. Si deus se solo causaret illud iudiciū | ego nō saluabor: talis nō desperaret. P3: qz omnis desperatio est libera in desperante. ¶ Secūda ꝓpositio. Omne tale iudiciū libere causatum est desperatio. Hoc probat̄ | qz cain ꝓ hoc solū q̄ credidit se eē dānādum | desperauit: dicens | Maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Corollarie sequitur q̄ quacunq; reuelatiōe mihi facta exteriori de futura dānatiōe | teneor illi nō credere: qz si quacunq; tali reuelatione mihi facta | ego libere crederē | ergo desperarē. Antecedens p3 | qz in mea ptāte ē credere illi vel nō credere | scz assentiēdo vel nō assentiēdo dicti reuelātis. igitur. Cōsequētia p3: qm̄ (vt certū est) Cain solū credidit q̄ sua iniquitas eēt maior q̄ vt posset veniam mereri: ⁊ sic credidit firmiter se esse dānādū | et nō eē saluandū: et nullum voluntatis actū habuit: ⁊ tñ desperauit. ergo quicunq; libere iudicat se nō esse saluādum | vel nō posse saluari | vel non posse cōsequi remissionē ꝓctōrū: peccat peccato desperationis. ⁊ ista est ꝓma ꝓpositio Dionysij. Ex quo sequitur q̄ ad peccādū peccato desperationis nō requiritur aliquid positiuū in voluntate | s3 sufficit solum iudiciū in intellectu. Dicitur vlteri⁹ q̄ potest q̄s iudicare se nō esse saluādum | ⁊ se esse dānandum | absq; peccato desperationis. Probatur | qz potest deus se solo tale iudicium causare in intellectu: quo facto nō peccat: qz nō libere iudicat | sed mere naturaliter. modo nullus peccat in hoc quod est mere naturale. igit̄ cū talis non assentiret libere | nō peccaret. Sequitur corollarie: q̄ tūcūq; fuerit facta alicui reuelatio de sua dānatiōe exterior: q̄ si assētiat illi | peccat | et desperat mere libere. Probat̄: si talis fuerit reuelatio exteriori | nunq; assentiret illi ꝓpōni nisi libere: qz nō est ꝓ se nota | nec euidēs | neq; ex talib⁹ deducibilis: igit̄ non pōt illi mere naturalr ⁊ necessario assentire. s3 cū

Resolutorie littera istius difficultatis. 3. amplectitur in istis tribus ꝓpositionibus. prima. ad desperationem sufficit iudicium intellectus libere ꝓduci q̄ iudico q̄ non saluabor ⁊ nō possum saluari. 2. ad desperationem non requiritur actus voluntatis positivus. 3.

hoc in dictum. non saluabor non se compatitur cum volitione alicuius beatitudinis. hanc propositionem proba

De spe.

Fol. xv. tit. etiam ex processu literarum

ut contingens et invidens, mere libere assentit. igitur. sed quoniam aliquis libere iudicat se non esse salvandum, peccat peccato desperationis. sed si sit alicui facta talis revelatio: libere iudicat se esse damnandum, cum illa propositio non sit evidens, sed invidens. igitur peccat peccato desperationis. ¶ Sed dices: ergo peccatum desperationis nihil importat ultra peccatum infidelitatis. patet. in isto non reperitur actus malus: nisi illud iudicium, ego damnabor: sed illud spectat ad infidelitatem. Respondetur quod illud iudicium primo non spectat ad infidelitatem: nec est infidelitas. propter quia sua opposita, puta ista, ego non damnabor: vel ista, ego consequar remissionem peccatorum meorum: non sunt de fide. patet: quia non continentur in sacra scriptura, nec in sacris literis, nec sunt deducibiles ex premissis in illis: quia alias quilibet teneret assentire illis. ideo iudicia opposita, puta ista, quibus iudico quod ego damnabor, vel non consequar remissionem peccatorum, non sunt infidelitates. patet: quia non opponuntur alicui articulo, nec alicui quod de fide sit credendum. sed iudicium quo iudicatur, ego non salvabor, et si faciam quod in me est: vel ego damnabor, quibus faciam quod est in mea potestate facere: bene sunt iudicia et pertinet ad infidelitatem: quia eorum opposita continentur in sacris literis, et deducuntur ex illis: ideo sunt de fide: et per consequens sua opposita pertinet ad infidelitatem. ¶ Non ad hoc quod aliquod iudicium sit infidelitas: oportet quod suum oppositum contineatur in sacris literis, vel deducatur ex illis. ¶ Dicendum est igitur quod desperatio non importat peccatum infidelitatis, ut visum est: cum talia iudicia: ego damnabor: vel non salvabor: non sint assensus infidelitatis: immo stat quod sint vera iudicia. Dices. ad minus desperatio nihil importat ultra actum intellectus positivum. Concedo breviter quod ad desperandum in homine non est necessarium aliquid esse positivum ultra actum intellectus: et non est necessarium aliquid esse positivum in voluntate: sed solum sufficit actus intellectus. immo quod plus est, concedenda est ista: ad desperandum in aliquo non requiritur aliquid aliud a iudicio vero positivo: ita quod non requiritur nisi aliquod iudicium verum. propter quod de Cain quod habebat istud iudicium verum, ego non salvabor: quod erat verum. et dato quod nunquam iudicasset quod iniquitas sua esset maior, quam ut posset veniam mereri: non minus desperasset. non dubito quod habuerit alia iudicia: sed istud sufficiebat: ego damnabor: et tale iudicium erat verum. immo stat quod assentiendo alicui vero, plus pecco quam assentiendo falso et heretico: ut non timere peccare assentiendo huic falso et heretico: Tobias non habuit canem: quantum peccare libere assentiendo huic: ego non salvabor. ¶ Conceditur ergo hoc corollarium: Ad desperandum non requiritur aliquid positivum ultra actum intellectus: immo non requiritur aliquid positivum ultra iudicium verum. ¶ De

Quid connotet desperatio.

De spe.

Quid re- ces. ergo ad sperandū non requiritur aliquid positiuum
quirit ad ultra actum intellectus/ postq̄ ad desperandū sufficit so-
sperandū. lus actus intellectus/ cū spes et desperatio sint opposita.

Q̄ma: Negatur consequentia/ qz quantūcūq̄ aliquis iudicaret
se esse saluandū sine actu voluntatis/ nō dicitur sperare/ licet bene diceretur confidere. ~~Et~~ ad sperandū requiritur et actus intellectus/ et actus voluntatis/ scilicet cōfiderē/ & expectare: saltem spes actū intellectus presupponit. Ideo spes importat actū intellectus et volūtatis: et altero istorum deficiente/ contrario eorū stante/ fit desperatio/ licet alter sit simul cū opposito alterius. Exemplum/ sufficit vt

Quid re-
quirit ad
desperan-
dum.

dicatur desperare/ vt q̄ nolit beatitudinē/ licet iudicet q̄ eam habebit: vel q̄ iudicet q̄ eā nunq̄ habebit licet velit eam habere si posset. Ideo ista cōsequētia nihil valet: ad desperandū sufficit actus intellectus: ergo ad sperandum sufficit actus intellectus. ¶ Sed contra hoc arguitur & apparetur. cum isto iudicio q̄ nō saluabor/ stat velle efficac beatitudinis: puta desiderū efficac quod vocas spem: et stat q̄ faciam omnia possibilia ad beatitudinem habendā. Patet: sicut cū isto iudicio/ ego non currā/ stat volitio efficac currendi: vt patet de illo qui tenetur ligat⁹ ab inimicis/ et facit quod in se est: et efficaciter vult currere: et tñ scit certitudinaliter & iudicat q̄ non curret: ergo a simili cū iudicio q̄ nunq̄ saluabor/ stat volitio efficac saluādi. cōsequētia tenet a simili. Unde bene verū est q̄ cū isto iudicio: ego nō possum saluari: nō stat volitio efficac saluādi: sicut cū iudicio q̄ ego non possum currere/ non stat volitio efficac currendi: qz volitio efficac nō est impossibiliū vel creatorum taliū: sed bene stat cū iudicio contingenti de opposito: et per consequens stat q̄ desperans peniteat. ergo Quis cū isto iudicio/ nō possum saluari: nō stat volitio efficac saluādi: videtur tñ cum isto iudicio/ ego nō saluabor/ q̄ stat volitio efficac saluādi. verbi gratia. sit ita q̄ sortes credat. a. mediū esse necessariū ad saluādam. stat q̄ velit efficaciter adimplere illud mediū. Respondet q̄ cum isto iudicio ego nō saluabor/ nō stat volitio efficac saluādi: nec volitio efficac faciēdi media requisita ad beatitudinē cōsequendā. et ideo tale iudiciū est peccatū. & dico duo. Primum. Cū iudicio certo/ ego non faciā hoc: quādo factio ei⁹ vel medij ad faciendū illud nō ita totaliter subest mee potestati quin possit poni obstaculū ab extrinseco impediēs me facere hoc/ simul stat volitio efficac faciēdi hoc/ & stat q̄ nitar p̄ posse facere hoc: vt p̄ in exēplo predicto de habente istud iudiciū certū/ ego non currā/ cū q̄ stat volitio efficac currendi &c. Secūdo dico quando est iudicium certū q̄ ego non faciā hoc/ ad quod faciēdū non potest es

se obstaculū ab extrinseco / et est in potestate mea illud fa-
cere vel non facere: non pōt simul cū illo stare volitio effi-
cax faciēdi illud / nec volitio efficax ponendi media ad fa-
ciendū illud. Tunc dico ad argumentū q̄ cum iudicio q̄
ego non saluabor / nō stat volitio efficax saluādi: qz media
ad salutē ita sunt in potestate nra q̄ nō possunt ab extrin-
seco impediri. Igit̄ p̄ secundā p̄positionē / non stat q̄ ego
iudicē q̄ nunq̄ saluabor / et q̄ velim efficaciter ponere me-
dia salutis: qz scio q̄ si ponā ea / cōsequar salutē: et per p̄ns
non iudicabo q̄ non saluabor. Verū est tñ q̄ si iudicarem
q̄ non possum cōsequi beatitudinem nisi transeūdo per il-
lud ostium: et impediar ab extrinseco ne transeā / q̄ cū iu-
dicio tunc q̄ ego non saluabor / stat volitio efficax saluādi:
et illud iudiciū esset peccatū infidelitatis. Unde media
beatitudinis ita sunt in potestate volūtatis / q̄ nullus pōt
ab extrinseco ponere obstaculū. ideo cum iudicio certo q̄
ego non saluabor / vel q̄ dānabor: nō stat volitio efficax sal-
uādi. et ista est sentētia Dionysij, pbabilior inter ceteras.

De charitate.

Capitulū. viij.

Ita sunt ex predictis gñalia que p̄cernūt du-
as virtutes theologicas. s. fidē et spem. Nūc vī-
dēda sunt generalia cōcernentia tertiā virtu-
tem theologicā / scz charitatem: et prima diffi-
cultas generalis circa charitatē occurrēs est
ista: Utrū charitas sit necessaria homini ad
salutem? **P**ro cuius intellectione notandū q̄ charitas
est multiplex. quedā acquisita: q̄ est duplex: scz actualis et
habitualis. **U**n̄ acq̄sita actualis nihil aliud est nisi act⁹ il-
le quo diligim⁹ deū sup oīa: et primū et nos ipsos p̄pter deū
Sed habitualis acquisita est quidā habitus qui effectiue
causatur ab illis actib⁹ frequēter iteratis / remanes in aīa
trāseūtibus actibus / inclinās ad cōsimiles actus p̄ducen-
dos illis ex quibus genitus est. **A**ltera est charitas que
nullo modo p̄ducit a nobis nec ab actib⁹ nostris / et est du-
plex. Quedā increata: vt de⁹ charitas est. et conuenit toti
trinitati / licet attribuat̄ spiritui sancto. et magister senten-
tiarū decimasēptima distinctione primi solū ponit istam
charitatem: scz charitatē increatā esse requisitā ad salu-
tem: et preter illam nihil ponit in anima qd̄ sit necessario
requisitū ad salutē. sed in illo non tenetur. **A**lia est cha-
ritas non acquisita: et talis est creata: et est habitus a deo
nobis supnaturaliter infusus vel in baptisate / vel in pe-
nitētia: qui talis habitus reddit nos formaliter acceptos
et gratos deo / inclinās ad actuales dilectiones dei et pri-
mi et sui ipsius propter deum: et duos habet effectus: quo-
rum primus est nos deo gratos efficere ad vitam eternā.

Charitas
est multi-
plex.

De charitate.

Alter effectus est diligēdi deum super oīa / et proxīmū et nos ppter deum. Quā autē talis sit ponēda / non potest aliqua demonstratione aut aliqua ratione pbari: sed solū auctoritate sacre scripture: et non habet passus expressus ad illam pbandam / sicut nec ad alias infusas nisi auctoritas beati Pauli. j. ad Corinth. xliij. vt in suprapositis visum est.

¶ Istis suppositis ponunt aliquę ppositiones de mente Dionysij pro responsione ad propositā difficultatē. ¶ Prima est: prius natura non tēpore dat homini charitas increata q̄ det charitas creata: sicut habet magister in primo distinctionib⁹. xv. et xvi. Nō enī solū datur nobis charitas que est habitus infusus: sed datur nobis ipsemet deus: qz filius datus est nobis: et spiritus sanctus datus est nobis. et hanc ppositionē ponit Dionysij. j. qōne. xvij. distinctionis. et ratio Dionysij talis est. Non ideo acceptat nos deus ad vitam eternā / quia dat charitatem: sed ediuerso quia acceptat nos / dat charitatē. Probatur sic. vnus effectus predestinationis est ipsa charitas infusa: et alius effectus / scilicet vltimus / est ipsa beatitudo. Nam predestinatio consistit in acceptatione diuina ad vitam eternā. Unde ista rationalis est vera: qz deus acceptat aliquē ad vitā eternā / dat illi charitatē. nam antecedens importat causam cōsequenti: hoc est / res significata per antecedēs / est causa rei significate per p̄ns. Tunc sic arguit. ista rationalis est vera: qz deus acceptat nos ad vitam eternā / dat charitatē: et non ediuerso. nam ista est falsa: qz dat charitatē / acceptat ad vitā eternā. q̄ prius natura acceptat ad vitā eternā q̄ det charitatē infusam. sed deū acceptare / v̄ hōiem acceptari ad vitā / nihil aliud est q̄ h̄re charitatē increatā. ideo per illā specialē assistentiā dei acceptat hōio ad vitā eternā. ideo prius natura habet charitatē increatā / q̄ habeat creatā: imo qz dat increata / dat creatā: et nō ediuerso. nam datio create charitatis est effectus increate.

¶ Scda ppositio q̄ corollarie sequit̄ ex prima. Hōio pōt esse acceptat⁹ ad vitā eternā sine charitate creata. p̄t̄. bene sequit̄: prius natura dat charitas increata q̄ creata: ergo pōt dari increata nō data creata. Patet p̄na ex Aristotele in postpredicamentis: quando secundū non potest esse sine primo: sed ecōtra. Tūc sic. potest hōio dari increata non data creata: ergo tūc potest acceptari ad vitā sine creata. cōsequentiā tenet: qz habere deum fm illum modum habendi / nihil aliud est q̄ acceptari ad vitam. ergo potest hōio acceptari ad vitam sine charitate creata.

¶ Est difficultas circa hoc. Si hoc esset verū / sequerēt̄ q̄ existens in mortali haberet gratiam increatā: sed hoc est falsum: igitur. Patet consequentiā. sortes p̄destinatus in

Prima p
positio.

*Diffusa est charitas in cordibus mris
per spm sanctum qm datus est mo
bis patet v̄ q̄ datur nobis chari
tas in creata*

Secda p
positio.

*moment fides. p̄.
charitas fridher
uincit et vincit
i. suz. uoy*

mortalis existens est acceptatus ad vitam eternam: et nihil aliud est acceptari ad vitam eternam, quam habere charitatem increatam: vel nihil aliud est habere charitatem increatam quam acceptari ad vitam eternam: ergo in mortali existens habet charitatem increatam. consequens est falsum: ergo et ans. ¶ Ad argumētum cum sic arguitur: sequitur quod in mortali existens haberet charitatem increatam: negatur consequentia: et cum probatur / sortes predestinatus existens in mortali vocatur predestinatus: quia ab eterno a deo est ordinatus ad vitam eternam: dico quod aliquem esse acceptatum / dupliciter intelligitur. Uno modo secundum eternam dei predestinationem. Alio modo secundum presentem dei iustitiam. Unde aliquem esse acceptatum ad vitam eternam secundum eternam dei predestinationem / nihil aliud est quam deum ab eterno habuisse volitionem seu firmum propositum isti finaliter conferendi vitam eternam. Unde certum est quod quilibet siue sit siue non sit: siue in peccato siue in gratia: siue presens siue futurus: est isto modo predestinatus vel prescitus. Sed esse acceptatum ad vitam eternam secundum presentem dei iustitiam / nihil aliud est quam hominem se ita habere nunc quod si decederet in tali statu in quo est / conferret ei vita eterna secundum leges a deo constitutas. Et isto modo existens in mortali non est acceptatus ad vitam eternam. ¶ Tunc sit prima propositio. Acceptari secundo modo est posterius natura et tempore acceptari primo modo: et acceptari secundo modo / precedit natura et non tempore charitatem creatam. Patet / quia ab eterno est acceptatio primo modo: sed acceptatio secundo modo est quando acceptatus est realiter in statu salutis. Secunda pars patet / quia potest deus esse in huiusmodi statu sine charitate infusa. igitur est prior natura / sed non tempore: quia de lege nullus est in illo statu nisi sit in gratia. ¶ Secunda propositio. Acceptari primo modo precedit natura et tempore charitatem infusam: ut satis patet. ¶ Tertia propositio. De lege necessaria est charitas infusa ad salutem et ad merendum. Ista propositio non potest evidenter probari: sed probatur ex auctoritate Pauli prime ad Corinthios. xiiij. Si linguis hominum loquar. et c. ¶ Quarta propositio. Adulto ad salutem consequendam multa sunt necessaria. Primo charitas increata. Secundo preter illam est necessaria charitas creata. et hec tam pueris quam adultis requiritur. Tertio adulto requiritur charitas acquisita. Et ista habent ordinem inter se: quia primum est prius secundo / et quodammodo causa secundi. Secundum pro / puta habitus infusus / est etiam causa tertij: quia effectiue concurrunt ad actum diligendi deum super omnia. et primum et secundum sunt prius tertio. Nam prius viator est ordinatus ad salutem consequendam quam habeat charitatem infusam: et prius habet charitatem infusam quam acquisitam. et tertium non potest esse sine secundo:

Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Quarta propositio.

De charitate.

Additio. nec secundū potest esse sine primo / s; ediuerso. [Nō vide-
tur verum vniuersaliter q̄ pri⁹ habeat infusam q̄ acquisi-
tam. act⁹ enī prim⁹ meritorius in adulto q̄ semp̄ p̄us fuit
in pctō / precedit natura charitatē infusam.] ¶ Itē paruu-
lis nō est necessaria charitas acq̄sita: nec etiā fatuis & ra-
saria cha-
ritas acq̄-
sita.

**Singula-
rī difficul-
tas: p̄ q̄
vide Sco-
tū. xxviii.
Dist. scđi.**

**Prima p̄-
positio.**

**Secūda p̄-
positio.
Prece-
ptum de-
bet adim-
pleri ad i-
ntentionem
p̄cipiētis
Tertia p̄-
positio.**

Utrū charitas sit necessaria ad preceptorū ipletionem
Et circa hoc loquimur de charitate creata infusa p̄ se / & nō
loquimur āpli⁹ de acq̄sita nec de increata / siue sit specia-
lis mod⁹ assistendi dei ad operandū (quod vocat̄ auxiliū
dei speciale) siue sit specialis mod⁹ dei in acceptādo. & p̄-
prie secundū hoc / scilicet specialiter assistere in acceptā-
do / vocatur charitas. Circa hanc materiā ponuntur due
opiniones. Prima est Dionysij. xvij. distinctiōe p̄mi. quest.
.i. ponentis aliquas p̄positiōes & aliqua corollaria. ¶ Pri-
ma p̄positio. Null⁹ pōt adimplere singula precepta: id est
oīa collectiue / sine charitate. et hec p̄positio (dicit ipse
Dionysius) habet de summa trinitate et fide catholica: &
oppositum illi⁹ est damnatū. potest tamē p̄bari sic: nul-
lus pōt saluari de lege sine charitate: q̄ nullus pōt adim-
plere omnia precepta sine charitate. Consequētia tenet:
quia sequitur bene: adimplebit omnia: ergo saluabit̄: iuxta
illud / Si vis ad vitā ingredi / serua mandata. Ex opposito
bene sequit̄: nō potest aliquis saluari sine charitate: ergo
nō potest adimplere oīa sine charitate. ¶ Secūda p̄posi-
tio. Ut adimpleatur preceptū / oportet q̄ fiat op⁹ precepti
ad intentionem precipiētis: & non sufficit facere opus p̄ce-
pti. patet sic. Si precipiatur. a. op⁹ cū. b. circūstātia: et fiat
.a. sine. b. non adimpletur preceptū. hoc certum est. ergo
vt impleatur preceptū / nō sufficit q̄ fiat illud opus quod
p̄cipitur: s; oportet q̄ fiat taliter qualiter p̄cipitur: hoc ē
cum omnib⁹ circūstantiis intentis a precipiente. igitur.
¶ Tertia p̄positio i qua iacet lepus / est. Quicquid de⁹ p̄ci-
pit / illud precipit i charitate fieri. patet duplici auctori-
tate / Bernardi & Petri. Dicit Bernard⁹: Omne qd̄ p̄cipi-
tur i sola charitate solidat̄. Itē dicit petr⁹: Oīa opera ve-
stra in charitate fiāt. he auctoritates vidētur sonare qd̄
tertia p̄positio sonat. Probat̄ vterius ab eodē Dionysio.

*presupponit dno
missis in ista
Secunda propo*

*sitione q̄ in fontio precipientis est circūstantia actus
iōis si opus precepti fiat sine intentione precipientis
nō ad implebit preceptū cum iam deficient talis
circūstantia & etiā cum bonū sit ex causa integra
s; diuini.*

Quicquid precipit illud precipit vt per huiusmodi prece-
 ptorum adimplentione curramus ad beatitudinē. Psalmus
 sta. Uia mā datorū zc. Sed per nullum opus pergimus ad
 beatitudinē nisi in charitate fiat. igit. **Quarta** proposi-
 tio responsiua q̄ sequitur corollarie ex tertia. Non pōt ali-
 quod preceptū adimpleri sine gratia. Patet per Augu-
 stinum dicentem: Didicisti ex lege non mechari / nō fura-
 ri zc. que singula sine fide / spe z charitate / nō possunt ad-
 impleri. Ideo videt̄ dicere Aug. q̄ nullum preceptū pōt
 adimpleri sine gr̄a. ideo Dionysius duo dicit. Primum: q̄
 nō possunt adimpleri singula sine charitate. Secundū: q̄
 nullū sine charitate pōt adimpleri. **Primū corollarium.**
 Omne opus quo adimpletur preceptū interi⁹ / hoc est om-
 nis volitio vel nolitio adimpletiua precepti / differt specie
 ab operatione qua nō adimpletur preceptum: qz sit extra
 charitatem. p̄z: qz talis operatio est effectiue a charitate
 aliqua: nec ab aliquo altero simili est altera operatio qua
 nō adimplet̄ preceptū. Nā opera que p̄cedunt a charitas-
 te / differunt specie ab aliis non procedentib⁹ a charitate.
Scdm corollarium. Nō sequitur / iste facit id qd̄ tenetur
 facere: q̄ nō peccat. Sed opz sic inferre: facit qd̄ tenet̄ fa-
 cere: z qualr̄ tenet̄ facere: q̄ nō peccat. Exēplū. non est sor-
 tes in charitate: z illi occurrit tps̄ adimplēdi aliquod p̄ce-
 ptū / puta dādi elemosynā. ipse dat. facit qd̄ tenet̄ facere:
 s; nō taliter qualiter d; facere. z ista est tota sentētia Dio-
 nysij. **Lōcedit breuiter q̄ pro omni tpe quo quis tenet̄ di-
 cere horas ex p̄cepto diuino / tenetur adimplere ex chari-
 tate. z quauis dicat horas / si nō sit in charitate / peccat: qz
 tenetur nō solū dicere / s; dicere ex charitate. p̄pterea igitur
 peccat: qz non facit qualiter tenetur facere. Dicit̄ nos
 tāter / ex precepto diuino: qz ecclesia nō pōt nos obligare
 ad faciendū ex charitate: cū ecclesia non habeat imperiū
 sup̄ act⁹ interiores nisi per accidens. Dicit̄ ergo Diony. q̄
 quis exerceat tales act⁹ p̄cepti / si nō sit in charitate / pec-
 cat: s; tñ non tñ peccat q̄tum peccaret si nullo mō face-
 ret. **Sed arguitur cōtra hāc positionē que videtur mul-
 tum dura / z non multū rationalis / et probat̄ q̄ ipse Dio.
 Debeat concedere q̄ tñ peccat ille qui facit actum prece-
 pti in mortali / q̄tum ille qui omittit facere illum actū: ita
 q̄ tātū peccat q̄tum peccaret simpliciter nō faciēdo. p̄z.
 Quādocunq; sunt due omissiones eiusdē precepti equali-
 ter obligantes et eque libere: ille omissiones sunt equalia
 peccata. sed ponatur q̄ sortes et plato obligētur dare ele-
 mosynā. sortes det nō ex charitate: et plato nullo mō det.
 Isti duo equaliter peccāt. p̄z. isti duo equaliter obligan-
 tur / z equalr̄ omittūt actū / z eque libere: q̄ equalr̄ peccāt.****

ps. cxvij.
 Quarta
 propositio

*ut si ecclesia
 instituat q̄ in
 vnoquoq; mēse
 inscipiat cor p̄
 verum xpi in
 per accidens nos
 obhsort ad faciē
 d m̄ ex dno
 forte cum obli-
 get nos ad faciē*

pendum corpus xpi: ~

De charitate.

Quod equaliter obligetur illud supponit. Sed quod eque libere
sine eum omittatur propter: nam sortes eliciens actum non ex chari-
tate eque libere omittit actum ad quem obligatur sicut plas-
to qui nullum elicit. et solus iste actus scilicet ex charitate et non
ille quem elicit extra charitatem cadit sub precepto de dā-
da elemosyna. ergo eque libere omittunt. Quod autem iste actus
quem sortes elicit extra charitatem nullo modo cadat sub pre-
cepto propter. solus actus ex charitate procedens cadit sub pre-
cepto: quia sicut dicitur per suas propositiones prius positas: solus ille
precipitur ex charitate fieri. et sicut habet in suis corollariis
omnis actus procedens ex charitate differt non solum genere
morum: sed natura specie ab omni actu qui non cadit sub
precepto. Et hoc argumentum est de directo contra Dionysium. Ideo
haberetur concedere propter quod non gravius peccat omittens actum
precepti quam illum faciens sine charitate: quia eque libere obli-
gantur et omittunt. ¶ Preterea sequitur corollarium ex opi-
nione Dionysii. quod nullus potest habere remissionem peccato-
rum per sacramentum penitentiae. Patet. Quandoquidem tene-
tur confiteri: nisi confiteatur ex charitate peccat sine eum:
quia obligatur ad confitendum ex charitate. ideo peccat con-
fitendo nisi sit in gratia. ergo non acquirit remissionem
quia ponit obicem actualē. Si vero confiteatur ex charitate:
ergo non consequitur primam charitatem per illud sacramentum
penitentiae: quia ante sacramentum habebat charitatem et remis-
sionem peccatorum: ergo non confertur ei virtute sacramenti.
Ideo habet concedere hoc corollarium: quod nunc confertur
prima charitas per penitentiam: nec remissio peccatorum: sicut
dictum est. igitur corollarium illatum verum. [Hec ratio eodem
modo procedit contra opinionem que dicit quod quantumvis
dolor sufficit ad deletionem peccatorum.] ¶ Tertio sequitur
quod quandoquidem occurrit tempus cuiuscumque precepti adimple-
di homo tantum teneretur discutere suam conscientiam an esset
in peccato vel non sicut ad condignam susceptionem eucharistie.
Unde quis aliquid sit in charitate si accedat ad susceptionem
eucharistie non prius discussa conscientia peccat. Similiter si
teneatur dare elemosynam ex charitate: ita quod hoc totum cadat
sub precepto dare ex charitate: non discussa conscientia pecca-
ret: quia exponeret se periculo peccandi. et nullus deberet ac-
cedere ad materiam cuiuscumque precepti nisi discussa consci-
entia et habita certa probabilitate morali quod est in gratia. Hoc
consequens est falsum: ergo et illud ex quo sequitur. et ista opi-
nio est dura videlicet quod omne preceptum obliget nos non solum ad
opus: sed ex charitate faciendum. ¶ Alia est opinio contraria quam
tenet. S. Tho. et Bonaventura quod precepta legis nature non obli-
gant nos ad modum sed ad opus precepti hoc est non obli-
gant quod opera que precipiuntur fiant ex charitate. et hoc

consequens est
falsum cum per
sacramentum
ex opere operato
conferatur

Additio.

probatum argumētis prius factis sufficiēter. De alijs preceptis positivis pure divinis: vt sumere eucharistiā: confiteri: baptizari &c. est alia difficultas supra tacta: et dictū est ex opinione Durandi q̄ preceptū de sumptione eucharistię nō potest bñ fieri neq̄ adimpleri nisi ex charitate: similiter de penitentiā: & ita de singulis sacramētis. Sz q̄tū ad p̄cepta legis nature simpliciter opinio pbabilior est q̄ illa p̄cepta non obligāt ad modū: sz tantūmodo ad opus. ideo nō possunt singula p̄cepta tā divina q̄ legis nature adimpleri sine charitate. & opinio Durandi est multū pbabilis.

*In decimo q̄m
to capite primi
tractatus.*

¶ An charitas infusa requiratur ad preceptū de dilectione dei super omnia. Ca. ix.



M Am sūt absolute & vtrūq̄ terminate due difficultates circa istā tertiam virtutē theologica: an scz charitas sit necessaria ad salutē & an sit necessaria ad preceptorum impletionē. Consequenter videndū est de tertia difficultate: vtz vtrū charitas infusa sit necessaria ad impletionem precepti de dilectione dei super omnia: hoc est: an charitas infusa sit necessaria ad hoc vt voluntas eliciat actum diligendi deū super omnia. Et in primis supponitur q̄ hic non loquimur de dilectione dei naturali. s. que sequit̄ ad simplicē apprehensionē: sed de dilectione dei deliberata et libera. De naturali em̄ dilectione difficultas est vtrū possit esse dilectio dei naturalis super omnia. Quidā dicunt q̄ non: sed omni dilectione naturali diligit se homo super omnia: qz p̄ prius finis naturalis hominis est suū ipsius p̄servatio. Loquimur ergo de dilectione siue de charitate infusa: & nō naturali. **¶** Cū dupliciter intelligitur q̄ nō possit diligi deus super oīa sine charitate etiā de lege. Uno modo q̄ voluntas cū cognitione non sunt cause sufficiētes: etiā supposito influxu generali dei ad illam dilectionē actualem p̄ducendam: sed cū hoc requiritur cōcursus charitatis infuse tanq̄ causa partialis. **¶** Alio modo potest intelligi q̄ nō potest diligi deus super omnia: sic q̄ quis voluntas & cognitio cum influxu generali sint cause sufficiētes ad p̄ducendū illā dilectionem: illa tñ dispositio de lege est ultimata dispositio & sufficiens ad introductionē charitatis: & sic nunc diligit deus sine charitate: tanq̄ effectus saltē meritorius illius dilectionis sup oīa. **¶** Istis suppositis: q̄tū ad vtrūq̄ membrū est altercatio inter doctores. Quantū ad primū sensum: scz an voluntas cū cognitione &c. dicit Adam prima distinc. primi q̄ non requiritur charitas tanq̄ causa partialis et necessario requisita ad diligendum deum super oīa. Rationes eius fuerūt adducte supra: tamē precipua eius ratio

De charitate.

fuit/ q̄ idem actus in specie est sufficiens produci a potētia sine habitu et cū habitu. ergo si actus diligēdi deū super omnia/ posset sufficiēter produci a voluntate cum habitu/ potest p̄duci sine habitu. ergo nō requirit̄ charitas tanq̄ causa partialis necessario requisita. Tenet oppositū **Eliphat** in eadē distinctione primi sentētiarum/ q̄ voluntas cū cognitione etiā cum influxu dei generali non sunt cause sufficiētes vt p̄ducatur illa dilectio dei super omnia: s; ad eius productionē requiritur habit⁹ supernaturalis infusus tanq̄ causa partialis necessario requisita. Quātum ad scōm membrū distinctionis/ vtrū possit diligere deus sine charitate super omnia/ v; an nō possit diligere quin dilectio sit sufficiens dispositio de lege ad introducendū charitatē: dicit **Sabriel** in tertio. xxvij. dist. in secunda cōclusionē secundi dubij/ q̄ non potest deus diligere super oīa sine charitate: q; dilectio dei super omnia/ est sufficiens et vltima causa dispositio charitatis infuse vt introducat̄ charitas infusa de lege. Probat ipse p̄ multas auctoritates. **Prima/ Cōuertimini ad me/ et ego conuertar ad vos. Querite/ et inuenietis etc.** Sed sic est q̄ non est perfectior modus cōuersionis ad deū/ nec p̄fectior mod⁹ querēdi deū/ q̄ diligere deum sup oīa. sed quicumq; cōuertitur ad deū/ deus cōuertitur ad illū p̄ infusionē gratie. et deū a nobis inueniri est deū esse nobis presentē per charitatē. ergo dilectio dei super omnia/ est sufficiens dispositio de lege vt introducat̄ charitas. et vltra/ dilectio dei super oīa etc. ergo nō potest diligere deus sine charitate. ¶ Hāc tenēt multi doctores et **Monach⁹**. xvij. dist. primi. et multas adducit ratiōes. S; p̄ isto dubio ponā duas propositiones que magis vidētur vere. **Prima p̄positio.** Potest elici dilectio dei super omnia a voluntate cū cognitione dei et influxu communi absq; charitate infusa tanq̄ absq; causa p̄requisita: ita q̄ nō requiritur charitas tanq̄ vna causarū. p; ex auctoritatib⁹ allegat̄: **Cōuertimini ad etc.** Nos em̄ cōuertimur ad deū/ est pri⁹ natura/ q̄ deū conuertit ad nos: alias dixisset/ **Cōuertar ad vos: et cōuertimini ad me.** s; dixit/ **Cōuertimini ad me: et ego conuertar ad vos.** tūc bene sequit̄. prius natura conuertimur ad deū/ q̄ deus cōuertatur ad nos: ergo prius natura est nos diligere deū/ q̄ nos habere gratiā. et vltra. prius natura est nos diligere deum/ q̄ nos habere gratiā: ergo illa dilectio qua diligimus deū prius natura q̄ habeam⁹ gratiam/ nō est a gratia. Consequētia tenet/ q; semp̄ effectus est posterior natura q̄ sua cā. Et vltra. hec dilectio qua prius natura cōuertimur ad deum/ nō est a gratia: et est dilectio dei super omnia: (alias nō esset conuersio ad deū/ immo pot⁹ conuersio) ergo voluntas cum cognitione dei et influxu cons

muni potest dilectionē pducere absq̄ cōcursu charitatis
 infuse. ⁊ ista ppositio est cōformis doctrine Adam cōtra
 opinionē eliphat. s. q̄ charitas nō est necessaria ad diligē
 dum deū sup̄ omnia tanq̄ vna causa prerequisite. ¶ Se-
 cūda ppositio contra Sabrielē. potest haberi act⁹ qui est
 dilectio dei sup̄ omnia / dato q̄ nō habeatur charitas / ita
 q̄ potest de⁹ diligi illa dilectione dato q̄ non sequat̄ cha-
 ritas. Patet. sicut dictū ē / potest causari illa dilectio a vo-
 luntate cū concursu generali nō cōcurrente habitu infu-
 so. pono q̄ causat̄ ita: ⁊ pro illo tempore occurrat tempus
 quo teneor diligere proximū / v̄ subuenire primo. Quero
 tunc producta ista dilectiōe dei super omnia / vel volun-
 tas est adhuc libera ad pducendū dilectionē primi / vel
 nō? Et videtur q̄ sic. sed ad istam dilectionē dei sup̄ om-
 nia / naturaliter seq̄tur illa volitio subueniendi proximo.
 Si dicas q̄ stante dilectione dei super oīa / voluntas est
 adhuc libera ad diligendum v̄ subueniendum primo: er-
 go stante dilectione dei super oīa / potest nō elicere. ergo
 cum ista dilectiōe dei super oīa / stare potest peccatū mor-
 tale: qz in casu posito tenetur tūc elicere dilectionē pri-
 mi. ⁊ vltra. ergo potest q̄s ista dilectione summe diligere
 deum / ⁊ nō i charitate. igitur. Si dicatur q̄ supposita illa
 dilectione / nō est in potestate voluntatis quin eliciat dile-
 ctionē primi / sicut supposita volitione efficaci finis nō ē
 in potestate volūtat̄is qui eliciat actū circa media ad illū
 finem: Cōtra. illa dilectio non necessitat voluntatē p tē-
 pore quo nō est preceptum de diligendo proximum. ergo
 nec quando est preceptū. cōsequentia tenet. Si vna cau-
 sa p vno tempore necessitat ad aliquid: ergo p omni tem-
 pore necessitabit. ⁊ sic ppositio relinquit̄ vera cōtra Sa-
 brielē / q̄ potest diligi deus super omnia / dato q̄ nō habeatur
 charitas: ita q̄ illa dilectio nō ē dispositio sufficiens ad
 introducendū charitatē. ⁊ ista etiā est opinio sancti Tho-
 me prima secūde. habem⁹ ergo resolutorie has duas pro-
 positiones. Prima. potest diligi deus super oīa non con-
 currēte charitate. Secūda. potest diligi de⁹ sup̄ oīa cha-
 ritate nō habita: ita q̄ illa dilectio nō ē sufficiens dispositio
 ad hoc q̄ introducat̄ charitas: imo potest stare cū mortali.

Secūda p-
positio.

Resolutio.

De charitate an sit requisita ad meren-
dum. Cap. v.



Quarta difficultas cōmunis. Utrum charitas
 sit necessaria ad merēdum? primo supponit̄
 tur quid sit meritū: quo supposito videbitur
 respōsio ad difficultatem. Unde meritum se-
 cundū Dio. in secundo. viij. distin. sic diffinit: quid.
 Est operatio charitatiue dilectionis in deū

Meritū

*ut volitio qua habebat dominus paulus
predicandi propter deum erat meritum*

De charitate.

mediate vel immediate in voluntate viatoris predestinati non
necessitata in complacencia eius. Et secundum hanc definitio-
nem infert aliquas propositiones declarativas definitionis.
Prima p- **Prima.** Nullus meretur quiescendo hoc est pure omittendo.
positio. et propterea dicit in definitione quod meritum est operatio. Se-
Secunda p- **cunda.** Omne meritum est formalis dilectio dei vel actualis.
positio. ideo dicit in deum mediate vel immediate hoc est a te ali-
quis actus voluntatis sit meritorium vel meritum de necessita-
te requiritur quod actus ille sit dilectio dei et quod tendat immediate
in deum vel sit ex dilectione dei hoc est quod sit ex aliquo actu qui
tendit immediate in deum. **Tertia.** Nullus actus beati est meri-
Tertia p **tu.** propterea ponitur in definitione in voluntate viatoris. [Si
positio. actus beati non esset meritorium nec actus damnati esset demeriti-
Additio. torium: sequeret eadem ratione quod actus beati non esset moraliter
bonus: et ex consequenti actus damnati non esset moraliter
malus: et sic odium dei in damnatis non esset malum quod com-
muniter negatur. Et videtur quod non sit bonitas et malitia univo-
ce nobiscum.] **Quarta.** Nullus actus pure naturalis volunta-
Quarta p **tis** qui causatur ex simplici apprehensione obiecti est meritum.
positio. ideo ponitur in definitione non necessitata in complacencia
eius. s. obiecti. **Quinta.** Nullus actus formaliter presciti est me-
Quinta p **ritum.** propterea ponitur in definitione in voluntate viato-
positio. ria predestinati. Probat ista propositio. Actus non dicitur me-
ritum nisi illi quem deus acceptat ad vitam eternam. sed
deus nullum actum presciti acceptat ad vitam eternam. ergo.
maior est nota et minor probatur: quam deum acceptare aliquem
actum ad vitam eternam est deum velle per tali actu dare vitam
eternam. sed per nullo actu presciti vult dare vitam eternam. er-
go pro nullo actu presciti dabit vitam eternam. nam bene se-
quitur. deus non vult dare huic vitam eternam: ergo non da-
bit vitam eternam. Unde infertur quod actus meritorium et non meritorium
sunt eiusdem speciei: cuius oppositum videtur dixisse. xvij. disti.
primi. patet. capio prescitu et predestinatum. uterque dilis-
gat deum in gratia. ille due dilectiones sunt eiusdem speciei
specialissime. nam sunt ab eisdem principiis et causis eiusdem
speciei. et illa que est in prescito non est meritum: nisi dicas quod in-
telligebat in illa decimasextima disti. de merito large et non
stricte capto. ¶ Quatu ad illam particulam definitionis in
qua dicitur in voluntate viatoris predestinati non videtur
hoc multum probabile sed totum stat ad nomen. nihilominus di-
cunt doctores quod prescitus agens ex charitate meretur vitam
eternam ut tractat de aliazo. et ad argumentum Diony. hunc
actum deus non acceptat: quia pro hoc actu non vult dare
vitam eternam quia non dabit: (nam bene sequitur vult
dare: ergo dabit) nego quod hunc actum presciti in gratia factum
non acceptet ad vitam eternam. et ad probationem non vult

Dare pro hoc actu vitā eternā: cōcedo. ergo nō acceptat: nego cōsequentia: qz deum acceptare actū ad vitā eter-
nā non est deū habere velle quo vult aliquādo dare vitā
eternā: sed est iudicare hūc esse dignū vita eterna s̄m le-
ges positas. Ideo dupliciter exponit actū esse acceptatū
ad vitā eternā. Primo modo vt dictum est. Secūdo mo-
do s̄m presentem iustitiā de⁹ acceptat: hoc est habet vel-
le conditionatū quo vult pro hoc actu dare vitā eternā
si decedat in eo statu in quo nunc est. Et q̄libet istoz mo-
doz exponendo deus acceptat actum presciti. Sed merita-

Uide sco-
tum. xvij
dist. ij.

titum scdm cōmuniter loquētes est actus bonus libere eli-
ctus ad vitā eternā a deo acceptatus. Et no facio hic
difficultatem quā Holcot facit in prima quest. vtrū actus
pure naturales possint esse merita de potentia absoluta?
Dicitur q̄ sic. Neq̄ hic queritur an omne meritū sit act⁹
moraliter bonus: notum est enī q̄ sic: quia bonitas meri-
toria presupponit moralem. Meritū ergo est operatio s̄m
presentem iustitiā / propter quam s̄m leges positas deus
vult dare beatitudinem. Hoc supposito: cū queritur vtrū
charitas sit necessaria ad meritū: iterum hoc dupliciter
intelligitur. vno modo sic: vtrum charitas sit necessaria
tanq̄ assistens. i. q̄ necessario requiratur assistentia ipsi⁹
charitatis. Alio modo q̄ sit necessaria tanq̄ agens: ita q̄
necessario requiratur ipsam partialiter concurrere ad actū
anteq̄ sit meritori⁹. In ista questione duo sunt certa. Pri-
mum q̄ necessario necessitate legis posite / requirit̄ chari-
tas ad merendū vel assistens vel coagens. Ptz ex auctori-
tate pauli. i. ad Corinth. xij. Secūdo certū est q̄ non suffi-
cit coassistencia charitatis ad actum meritoriū: qz coassi-
stit peccato veniali / z actibus indifferentibus / scdm ponē-
tes illos. Sed inter doctores est dubia difficultas vtrū sup-
posita bonitate act⁹ / sufficiat assistētia charitatis vt act⁹
sit meritorius / vel requirat̄ cōcursus actiu⁹ charitatis ad
illum actū pducendū: z presupponit̄ difficultas an habit⁹
partialiter concurrat ad actus. Dicit Durādus q̄ non re-
quiritur concursus actiuus charitatis: sed supposita boni-
tate actus / sufficit assistētia illius cū illo actu. Alij dicunt
q̄ habitus infusus nunq̄ cōcurrit nisi mediāte acquisito.
Ideo dicerēt q̄ charitas solū assistit. Sed istis dimissis / po-
nitur propositio communis z multum probabilis. Anteq̄
actus sit meritorius / de lege requiritur z sufficit concur-
sus charitatis actiuus. i. q̄ charitas actiue concurrat par-
tialiter ad productionē illius actus. Ista ppositio non po-
test efficacibus argumētis probari: quia nō est nobis eui-
dens q̄ charitas sit: sed solū per fidem. z supposito q̄ cha-
ritas sit / nō sunt auctoritates in sacris lris q̄ charitas cō-

Scotus
vij. dist.
secūdi.
Merita

Propositi-
o.

De charitate.

currat / sed apparentie sunt. qz enī ponitur in anima / ideo oportet vt eam faciliat vel inclinet ad actus. ⁊ inclinare nihil aliud est q̄ partialiter concurrere. ergo videt̄ q̄ ipsa charitas actiue concurrat ad illos actus. Unde aliqd̄ animam vel potentiā inclinare ad actus / est remouere prohibens / vel partialiter cum potentia actū producere. Et nō oportet q̄ charitas omne prohibens remoueat / puta concupiscētiam naturalem / vel malos habitus / q̄uis possit illos diminuerē. ponitur ergo charitas tanq̄ p̄ductiua noui act⁹ / ita q̄ est necessaria tanq̄ causa partialis coagens.

Circa istam positionē sunt multe difficultates. Prima. Videtur sequi q̄ volūtas non posset remittere actum suū meritoriū vsq̄ ad non gradū. Secundo sequit̄ q̄ alicuius rei permanentis daretur vltimū non esse completū. ⁊ tertio q̄ alicuius rei permanentis datur vltimū esse completum. et ista tria sunt corollaria que vident̄ sequi ex ista positione. Primū probatur: ⁊ pono q̄ fortes conetur elicere actum meritoriū vt duo / ⁊ habeat charitatem intēsam vt duo. tunc intensior elicietur actus a volūtate conante vt duo et a charitate / q̄ si solū esset ille conatus sine cōkursu charitatis. tunc capio illam partē quam produceret solus ille conatus sine charitate / ⁊ sit. a. ⁊ capio excessum illius actus qui est a charitate / excedēs illā partē quā p̄duceret solus ille conatus / et sit. b. tunc arguit̄ sic. si volūtas remittat suum conatū ad subduplū / puta ad vnū / remittetur. a. ad subduplū / ⁊ remanebit. b. in sua integritate / quia eius causa adhuc manet equalis ⁊ eadē. pariter si voluntas remitteret suum conatū ad subtriplū. a. remittet̄ ad subtriplū / ⁊. b. remanebit equalis: ⁊ sic in infinitum procedēdo semp. b. remanebit equalis. igitur nunq̄ volūtas poterit remittere totū actum ad non gradū quin semp maneat. b. latitudo in sua integritate. Secundū pbatur: ⁊ pono q̄ fortes iam non diligat platonē / incipiat tñ diligere / ita q̄ imediate post hoc diliget / incipiēdo dilectionē platonis a nō gradu / augmentādo successiue illā. et suppono q̄ charitas vltra conatū sufficit p̄ducere vnū gradū. tūc sic arguo. para. pueniēs a charitate / nūc non est / ⁊ imediate post hoc erit / qz charitas est agens naturale / ⁊ agit in extremū sue potentie agens q̄tum potest ⁊ q̄ cito pōt. ergo dabilis est certus gradus qui nunc non est / qz volūtas nihil agit nūc: ⁊ ille totus gradus imediate post hoc erit / qz q̄ cito conabitur volūtas / erit. ⁊ imediate post hoc erit conatus volūtatis / qz imediate post hoc aget. igit̄ imediate post hoc erit excessus charitatis super actū voluntatis per vnū gradū: ⁊ per consequēs illius datur vltimū non esse: quia nunc non est / ⁊ imediate post hoc erit. Tertiu

o. nunc

pbatur: et pono casum q̄ sortes nūc diligat deū in gratia
 et meritorie: et incipiat nūc odire proximū / vel successiue
 incipiat elicere volitionē furādi / ita q̄ nūc non odit / et im-
 mediate post hoc odiet illū. et capio excessum dilectionis
 dei proueniētē a charitate / et sit. a. Iste totus grad⁹ nūc
 est / et immediate post hoc nō erit. patet: quia immediate
 post hoc nō erit charitas / cum immediate post hoc erit in
 peccato / et voluntas immediate post hoc nō sufficeret con-
 seruare. a. gradū. patet: qz pono q̄ dilectio dei citra illum
 gradū est maxima quam volūtas potest habere / ita q̄ ma-
 iorē non potest conseruare / quo posito sequitur q̄. a. corū
 petur totaliter immediate post hoc / cū illius causa conser-
 uans nō sit. igitur intentū. ¶ Primum argumentū suppos-
 nit hanc difficultatē: Utrum charitas tantū agat cum par-
 uo conatu sicut cum magno / et nō magis. exemplū / vt sor-
 tes habens charitatē vt duo / conatur vt tria: et plato parī-
 ter habēs charitatē vt duo / conatur vt quinqz. an illa cha-
 ritas equaliter cōcurrat et agat in sorte et in platōe / hoc est
 dicere / an charitas cum maiori conatu concurrēs / faciat
 equalē excessum vel maiorē in actu q̄ faceret concurren-
 do cū conatu minorē? Aliqui dicunt q̄ nō / s; q̄ equaliter
 facit cū maiori et cū minori conatu. cuius ratio / qz chari-
 tas est causa siue agens naturale: et ideo semper tm̄ agit
 cū vno / sicut cū reliquo: hoc est / cum paruo sicut cum ma-
 gno conatu: vt notū est q̄ sortes trahens nauē cum duo-
 bus / et postea cū quattuor / semper equalē velocitatē fa-
 cit ex parte sui / et semper equaliter agit. Similiter cā dela-
 iuncta vni corpori luminoso / et postea maiori / semper facit
 equalē excessum luminis. Eodē modo dicendū est de cha-
 ritate / vt ipsi dicunt. et tunc p̄ceditur q̄ charitas cū. a. co-
 natu aliquo agat: et cum subduplo conatu tm̄ agit: et
 cum subtriplo tātum agit: et sic in infinitū: ita q̄ si succes-
 siue volūtas remittat conatum suum vsqz ad nō gradum /
 tunc in instanti terminatio illius remissionis verum est
 dicere / iste excessus semper immediate ante hoc instans
 fuit totus / et eius nihil nūc est. et sic datur primū non esse
 totale et cōpletum rei permanētis / quod oportet cōcedere
 secundū hanc opinionē. Et vt clarius hoc capiatur / po-
 natur tale exēplum. sit sortes qui conatur vt duo / et habet
 charitatē vt octo. actus est intensior per aliquā latitudi-
 nem q̄ foret si nō esset charitas / puta per. a. latitudinem.
 tunc remittat conatū ad subduplum / et conetur vt vnum:
 et tunc qm̄ conatur solū vt vnum / actus remittitur / et rema-
 net idē excessus. et si remittat iterum suum conatū ad me-
 dium gradū / remanebit iterū idē excessus. et ita cōsequē-
 ter remittat conatū vsqz ad nō gradū. tūc in instati termi-

Charitas
 est causa
 naturalis

De charitate.

ante remissionē iā verum est dicere: iste excessus semper ante hoc fuit totus / et nūc iste nihil est: ideo desinit eē per primū instās non esse cōpletū. et hoc est concedēdū scōm hanc opinionē. et ratio est: nā q̄ cito desijt esse causa partialiter concurrēs et requisita necessario / tā cito corrumpitur ille excessus seu effectus in illo instāti. nā non est imaginādū q̄ vna pars precise pducatur a volūtate et a conatu volūtatī / et alia pars precise a charitate / sed a quolibet istorū producitur tot⁹ actus / s; non a quolibet totaliter: s; totus a quolibet: et ideo volūtas necessario requirit ad cōseruationē illius: qua nō posita sequitur corruptio illi⁹ in illo instāti. et ideo qz semper añ illud instans fuit sufficiēs causa cōseruatiua illius grad⁹. s. charitas et quicūq; conatus: ideo semper immediate ante illud instās fuit. Habēt scōdo concedere consequenter secundū corollariū. s. q̄ rei permanentis datur vltimū non esse completū / vt pbat argumentum. Unde sicut in desitione qñ remittebat conatū / in instāti terminante non erat / et immediate añ erat: ita ecōtra ille tot⁹ excessus nūc non est / et immediate post hoc erit. ideo totus ille excessus incipit p vltimū nō eē cōpletum. Quātū ad tertiū corollarium dicitur q̄ est concedendum apud quācūq; opinionē / etiam apud opinionē recitatam. Et hoc non est inconueniēs quando causa necessario requisita ad cōseruationē / supernaturaliter corrūpitur subito. tunc em̄ pariter illius cause effectus corrūpitur subito. et vltimū esse nō incōuenit: vt sortes qui iam conatur vt duo cū charitate vt octo / actus est intēsior per a. latitudinē ratione charitatī. si eliciat successive volitionē furandi / et incipiat peccare: tūc. a. excessus nunc est / et nūc post hoc aliquid eius erit: qz post hoc erit solus conatus / q̄ non sufficit cōseruare actū in tali excessu. ideo supernaturaliter quādo desinit causa pseruare / per vltimū non eē cessat talis effectus / puta per cōseruationē dei nō cōseruantis. ¶ Alius est modus dicēdi p̄munioz q̄ charitas agit fortius cū maiori conatu q̄ cū minori: ita q̄ si sortes cū charitate vt quattuor / et cū conatu vt duo / elicit actū vt sex: cū eadē charitate et conatu vt quattuor elicit actū vt duodecim: ita q̄ volitio sortis est intēsior ratione gratie quādo sortes conatur vt quattuor / q̄ sit intēsa ratiōe gratie qñ sortes conat vt duo: ita q̄ charitas fortius agit. Ultra dicit q̄ si remittatur conat⁹ volūtatī successive vsq; ad nō gradū: ita concursus charitatis remittit vsq; ad nō gradū successive cōformiter ad remissionē conat⁹ volūtatī. Similiter si volūtas conat a nō gradu successive: ita charitas incipit concurrere a nō gradu successive: sic. s. q̄ sicut conat⁹ successive intēdit / et volūtas successive forti⁹

agit: ita charitas successiue fortius ⁊ fortius aget. ideo sicut augetur conatus voluntatis a nō gradu/ pariter augetur cōcursus charitatis a non gradu actiuitatis. et sic nō admitteret ista positio q̄ incipiat esse per vltimū non esse. iō charitas magis concurrat cū maiori conatu: et si remittatur conatus vsq; ad nō gradum/ ita remittitur concursus charitatis vsq; ad nō gradū. et hanc opinionē tenet Dio. ⁊ cōmuniter fere omnes docto. et Monachus in secundo pariter hāc tenet. ¶ S; contra hanc opinionē arguit sic. charitas nō est infinite actiuitatis: vt charitas vt duo nō est infinite actiuitatis. ergo dabilis est certus grad⁹ cōcursus quo cōcurrere potest ad producēdum actū: ⁊ non pōt maiori cōcursu: s; possit cōcurrere ad maiorē actū: sed nō maiori cōcursu. tūc sic arguitur. ipsa charitas est solū finite actiuitatis/ gratia exēpli vt duo. ergo dat certus grad⁹ cōcursus quo cōcurrat/ ⁊ non magis cōcurrat. et sit. a. tūc sic. pōt. a. concursus cōcurrere cū conatu vt. iiii. et cū conatu vt. vi. non magis cōcurrat. p; q; nō potest magis concurrere. ergo quibus adiungatur causa fortior/ nō tamē magis cōcurrat charitas ex parte sua. et sic nō magis cum maiori q̄ cum minori. igitur pariter cū minori conatu vt. iiii. nō minus cōcurrat q̄ cōcursu signato/ ⁊ sic semper equaliter cōcurrat cū omnib⁹. ¶ Respondetur concedendo assumptū: et admitto casum: ⁊ nego duas vltimas cōsequētias: ⁊ dico q̄ qñ dixi q̄ cum maiori conatu magis cōcurrat / hoc est intelligēdum quādo non cōcurrat scdm extremū sue potētie. Nā qñ charitas cōcurrat scdm extremū sue potētie: cū maiori conatu non magis cōcurrat: sed semper cum minori conatu minus cōcurrat/ et sic cōsequenter. Unde pro materia argumenti dicitur q̄ charitas in se est solū finite actiuitatis. ergo datur cert⁹ grad⁹ concursus quo concurrere potest: ⁊ nō maiori. ⁊ hoc est concedendū: alias esset infinite actiuitatis. ¶ Contra solutionē argumēti replicatur. charitas est agēs naturale: igitur semper agit secūdū extremum sue potētie. ergo cū omni conatu cōtuncunq; paruo cōcurrat semper secūdū extremum sue potētie: ⁊ sic oportet redire in primā opinionem. Respondent isti q̄ verū est q̄ est agēs pure naturale (naturale inquā vt distinguitur contra liberū) sed agit secūdū motionē agētis liberi/ puta dei: q; est instrumentum spiritus sancti: et ideo secūdū motionē spiritus sancti magis v; minus agit: ⁊ non opz q̄ semper agat secūdū extremum sue potētie/ s; magis vel minus scdm qualitātē vel quātitātē conatus: ita q̄ cū minori nō tm̄ agit sicut: cum maiori. [Videtur mihi q̄ omne inconueniēs illatum contra primam opinionē/ etiam pōt induci de habitu acq̄sito/ puta de charitate acq̄sita et sic

Charitas
est agens
naturale

Additio.

De charitate.

de et spe. et propterea prima opinio est satis probabilis: et similiter ista opinio est defensibilis satis. Sed querendum est / cum quo conatu agit charitas ut quattuor ad extremum potentie. si cum conatu voluntatis ut quattuor: tunc volo quod motione spiritus sancti amplius conetur voluntas quam ut quattuor. quare non plus quam ad extremum potentie agit.] ¶ **Alia difficultas.** secundum hanc positionem notum est quod actus est meritorius a charitate et voluntate. utrum attendatur inter se meritorum penes proportionem conatus ad conatum / vel penes comparationem charitatis ad charitatem / vel tertio penes aggregatum conatum et charitatis unius ad aggregatum conatus et charitatis alterius. Ideo possumus hic facere tres comparationes etiam eiusdem speciei / primo comparando conatum unius ad conatum alterius: et charitatem unius ad charitatem alterius: et aggregatum unius ad aggregatum alterius. queritur igitur penes quid istorum trium sit attendenda proportio meritorum. ¶ **Pro solutione primo** videndum est quid sit conatus. primo non est actus voluntatis: et hoc probat Dionysius. cum nos dicamus quod actus est a conatu / et actus non est ab actu. igitur conatus est quid prius natura quam actus / et sic non est actus. nec est habitus. patet. primus actus voluntatis est a conatu voluntatis / et voluntas potest agere sine habitu. igitur. Dicit igitur Dionysius. quod conatus voluntatis nihil aliud est quam voluntas libere applicans tantum vel tantum de sua actiuitate ad actum producendum. et potest ipsa voluntas applicare totam vim suam: ideo tunc dicitur agere secundum extremum sui posse. Similiter potest minus et minus applicare: et sic conatus voluntatis supponit pro voluntate connotando liberum exercitium sui posse siue sue potentie. Istis suppositis queritur penes quid attenditur proportio meriti in illis qui inequaliter conantur ad diligendum deum vel primum etc. ¶ **Respondet Dionysius.** ponens talem propositionem quam habet per maxima. Quandocumque sunt duo qui equaliter faciunt quod in se est / equaliter merentur. patet. si equaliter faciunt quod in se est / equaliter est attribuendum de premio uni sicut alteri. nam equaliter facere quod in se est est equaliter conari. et si equaliter conantur / equaliter merentur. igitur equalitas vel inequalitas meritorum est attendenda penes equalitatem vel inequalitatem conatum. Et e contrario sequitur / isti inequaliter conantur: igitur inequaliter faciunt quod in se est. et diuerso / inequaliter faciunt quod in se est / igitur inequaliter conantur. et ultra. igitur inequaliter merentur. et sic equalitas vel inequalitas meritorum est attendenda penes conatus maiorem vel minorem precise. et hoc tenet Dionysius. scilicet quod tantum penes proportionem conatum attenditur proportio meritorum / ceteris alijs paribus / scilicet quod sit eadem ma-

proportio. Equitas.

Quid sit conatus.

teria / et idem obiectū: quoniam dilectio dei ex minori conatu / est magis meritoria quam dilectio primi ex summo conatu. Breuiter recapitulando hanc materiam dicitur quod totus actus productus partialiter a charitate et a conatu / est intensior quam foret si non esset nisi a conatu. nihilominus totus actus est a conatu / et totus a gratia: totus a quolibet / sed partialiter. id est cum adiutorio alterius: quemadmodum est de duobus trahentibus nauem / vel portantibus aliquod pondus: quia quilibet illorum portat totum pondus / sed non totaliter: sicut etiam est in effectu cause secunde. nam illa producit totum effectum / et etiam causa prima / sed non totaliter: et quilibet istarum producit partialiter partialitate cause. Recitata est iam tandem opinio quod penes proportionem conatum supposita gratia est attendenda proportio meritorum / et hoc ceteris alijs paribus / puta de eodem obiecto et ceteris / et fundamentum precipuum illius opinionis est / quia quicumque equaliter facit quod in se est cum altero / licet non tantum faciat sicut alter. id est non tantam operationem: si tamen equaliter faciat quod in se est / et non producit tantum / quia forte habet impedimentum / nihilominus est equaliter laudandus / sicut alter qui facit quod in se est / quamuis faciat maiorem operationem. ¶ Consequenter queritur circa hanc opinionem utrum ista consequentia sit bona: iste magis conatur quam ille in ordine ad istam operationem: ergo magis meretur / supposito quod uterque sit in gratia tunc. Et apparet quod non. et capio duos quorum vnus sit precise actiuitatis libere vt. iiii. summus gradus possibilis quem potest producere / est vt. iiii. et potest infra totam latitudinem vt. iiii. et alius sit in duplo maioris actiuitatis / puta vt. viij. et quod primus conetur secundum extremum sue potentie / et secundus solum vt quinq. tunc secundus magis conatur quam primus: et tamen non plus meretur. patet. primus facit magis quod in se est / quia totaliter facit quod in se est: et non secundus / sed solum partialiter facit quod in se est. ergo primus venit plus laudandus quam secundus. ¶ Dicit diony. quod primus plus meretur quam secundus / licet non tantum conetur / quia plus facit quod in se est / quam secundus: quia facit quicquid potest: et non alter: cum secundus non agat secundum extremum sue potentie. modo ille magis meretur qui facit plus quod in se est / quam non ita faciens (unde ista consequentia non valet. iste plus conatur quam alter. ergo plus meretur. patet in proposito) verum tamen hoc non videtur mihi satis conuenienter dictum. Nam secundum hoc fundamentum / omnes angeli equaliter meruissent: quod tamen videtur falsum. probatur tamen sequela / quia verisimile est quod omnes illi qui conuersi sunt in deum: conuersi sunt omnes in deum secundum extremum sue potentie. et si sic: igitur omnes equaliter fecerunt quod in se est.

De charitate.

et per consequens equaliter meruerunt. quod tamen ab omnibus doctoribus negatur / dicentibus q̄ perfectiores & superiores angeli et qui preclariora habuerunt naturalia / magis meruerunt / et beatiore sunt. Et propterea ista opinione ommissa / aliter dico q̄ ista cōsequentia non valet / iste conatur fm̄ extremū sue potentie / et ille non: ideo pl⁹ facit quod in se est: ad istū sensum. i. plus ponit de sua actiuitate q̄ ali⁹. Unde ponere de suo / est conari: et magis ponere de suo / magis est conari: ita q̄ equaliter facere quod in se est: est equaliter cōcurrere & equaliter agere. Exemplum potest capi de artificibus / quorum vnus agit q̄tū potest / et alter non tantū q̄tū potest: & tamen secundus magis lucratur / qz̄ habet plus art⁹ / & opera sua est maior: vt est architector respectu operarij cui preest. ita in proposito dicendum est / sortes qui potest agere vt. viij. agens tantū vt. vj. plus ponit de sua actiuitate q̄ alius qui agit precise vt. iij. et tota actiuitas sortis est maior q̄ tota actiuitas alterius agentis precise vt. iij. ideo sortes plus meretur. ¶ Alia est opinio q̄ solū penes gratiā / et nullo modo penes conatū nec penes actus est attendēda proportio meritorum. & ista est opinio multorum antiquorū / quā nullus nunc tenet. Tertia est opinio q̄ penes aggregatū ex vtroq̄. s. ex conatu & gratia / ad aggregatū ex conatu & charitate alterius / attendēda est proportio meritorum. Ex qua sequunt̄ corollarie ista tria esse concedenda / primū vt delictet q̄ equaliter aliquis conādo cum alio / magis meretur: vt sint sortes & plato / sortes eliciat dilectionē dei vt iij. & plato tantū conetur precise q̄tū sortes / & eliciat dilectionē vt. vj. plus meretur q̄ sortes: quia actus eius est intensior. igitur primū illatum verum. Scdm̄ quod sequitur / est: vbi minus conatur aliquis / aliquando magis meretur / aliq̄ equaliter. Patet. bene sequit̄. plato plus meretur q̄ sortes quādo equaliter conatur. ergo per aliquā latitudinē meriti magis merē diuisibiliter. s̄ possibile ē q̄ remittendo suum conatum / remittat ita parum q̄ remittetur per dimidiū illi⁹ excessus: et potest remittere de conatu precise vt tollat solū illum gradum meriti quo excedit meritum sortis. quo facto minus conatur. & sic p̄ illatum secundū. Tertium quod sequitur / est: vbi minus conatur / aliquando equaliter meretur. Et ad argumentum primę opinionis q̄ pducatur maior act⁹ / hoc puenit ex gratia siue cōcursu charitatis: et ille est naturalis. igitur non est in potestate sortis: et per cōsequens ratione illius non debet laudari nec vituperari. ergo equaliter meretur. Distinguo q̄ non sit in potestate sortis: vel antecedenter / et sic nego. vel consequenter et formaliter / et sic concedo. &

Penes
qd̄ attendenda
est proportio
meritorum.

*ista opinio sic probatur proportio
sive q̄tū sit meriti attendit penes
atq̄ nō penes conatus ad conatū
neq̄ penes cōcursum charitatis ad co
cursum charitatis & penes aggrega
tum conatus & cōcursus charitatis s̄m̄
ad aggregatū conatus & cōcursus charitatis alterius*

hoc explicatur sic / qz operationes siue actus ex quibus acquiritur fortis gratia / erant in potestate fortis / que erant antecedentia ad charitatem. et sic ante ad charitatem erat in eius potestate. Ideo concursus gratie nunc est in eius potestate: qz scilicet libere eam acquirit / ideo concursus illius ad actum liberum imputatur ei ad premium. Sed ex hoc corollarie sequitur quod ad minus concursus gratie baptismalis non auget meritum. patet / qz operatio per quam paruulus acquirit gratiam / non est in potestate illius. et sic penes maiorem vel minoritatem gratie / saltem que sit acquisita vi sacramentorum / que suscipiuntur ante usum rationis / vt baptismus et confirmatio / non augmentabitur meritum. Propterea oportet aliter explicare illud verbum antecedenter. pro quo supponendum est quod licet gratia et voluntas ad eundem effectum siue actum simul concurrant / tamen voluntas prius natura concurret quam charitas: quia voluntas potest concurrere sine gratia / et agere ea non concurrente / sed non ediuerso. ideo concursus charitatis est in potestate voluntatis antecedenter / hoc est aliquid est in potestate voluntatis. scilicet concursus voluntatis / quod est ante et presuppositum ad concursum charitatis. nam ad meritorium actum eliciendum presupponitur voluntatem concurrere: quod est prius prioritate nature ad charitatem concurrere simul cum voluntate: quod est vnum consequens: quod est antecedenter in potestate voluntatis. quod voluntas concurrat vel non / est in potestate voluntatis. ideo est ante / et est pure liberum. et sic actus procedens tam a concursu voluntatis quam a charitate / est magis laudabilis / quia concursus charitatis imputatur partialiter voluntati ad laudem / licet in seipso non sit in potestate voluntatis. sed sufficit quod illud antecedens natura non tempore sit in pura libera potestate voluntatis. hinc est quod actus procedens ex habitu / est magis meritorius vel demeritorius quam si a solo conatu voluntatis produceretur. quis enim ipsi habitu pure naturaliter concurrat / tamen eorum concursus est in potestate voluntatis antecedenter / pro quanto in eius potestate est concursus voluntatis / qui est prior natura concursu illorum habituum. et sic est in eius potestate quod habitus concurrat vel non concurrat / pro quanto in eius potestate est agere siue ponere actum ad quem natus est ille habitus concurrere: vel non ponere. Similiter est in eius potestate / pro quanto in eius potestate fuit ponere causam illi habitus / vel non ponere. [Ex dictis sequeretur quod actus mere naturaliter sequens ad alium / esset meritorius noui premium. patet consequentia / quia talis actus est antecedenter liber. et hoc est argumentum fortius contra opinionem. sed potest dici quod actus ille antecedenter liber non habet libertatem intrinsecam sicut voluntas. sed semper manet replica.]

Additio.

De charitatis

De augmento charitatis.

Capl. xj.



Equitur alia difficultas generalis de augmēto charitatis: videlz quō augeat charitas: an solo actu elicitō ex charitate: et an a quolibet tali augeat. Un̄ non facio difficultatē quin possit augeri effectiue: qz sicut a solo deo pducit effectiue: ita ab eo solo pōt augeri effectiue: sed est hic solū questio de augeri meritorie et dispositiue. Quātum ad primā ptē difficultatis sit ista p̄ma p̄positio: Sicut charitas sine quocūq; actu recipiētis acq̄ri pōt: ita et augmētari. Prima pars ptz de paruulis baptizatis: q̄ solū ex vi sacramēti acq̄rūt gratiā sine actu bono ab eis elicitō: s̄z solū ex vi opis operati sacramentalis. **S**ecūda pars ptz. s̄. q̄ eodē modo posset augeri virtute sacramēti: et solum. capio in principio nascētis ecclie iudeū paruulū circūcisum ante xp̄i passionē: et imēdiate post passionē ante perfectā etatē baptizet. talis per baptismū sine actu volūtatis recipit augmentum gratie: qz augeat charitas ex vi sacramēti baptismi sine actu ipsi: cū adhuc nō habeat p̄fectū vsum ratiōis requisitū ad meritū personale: vt supponit casus. Similiter ptz nunc de baptizato: et post ante vsum ratiōis cōfirmato. talis ex vi sacramēti baptismi recipit gratiā. a. quā adhuc habet: et virtute sacramēti cōfirmationis recipit gratiā. b. qz confert gratiā ex opere operato: et illa augeat charitatē acq̄sitā in ipso baptismo. igit sine quocūq; actu operantis augeat charitas. **E**x his sequit̄ corollarium De lege non repugnat vnū paruulū qui nuncq; habuit meritū personale: esse ita beatū et habere tantā beatitudinē sicut adultus qui habuit meritū personale. Unde meritū personale est qd̄ puenit ex bono motu: hoc est ex bona volitione aut nolitione merētis: ita q̄ est illud qd̄ puenit ratione opis operantis. Per oppositū meritū nō personale est qd̄ puenit nō ex opere operantis. i. virtute boni moti volūtatis. s̄. bone volitionis aut nolitionis: sed virtute opis operati. hoc supposito p̄bat̄ corollarium: et capio paruulū baptizatū et cōfirmatū q̄ discedit ante vsum ratiōis: et tūc signo gradu ḡfe illi collate solū virtute sacramēti cōfirmationis: et sit. a. qui gradus est vltra gratiā datam virtute baptismi. tunc capio aliū paruulū baptizatū solū: et non cōfirmatū. talis cū primū peruenerit ad annos discretiōis: pōt elicere vnū bonum velle qd̄ precise sit meritorium. a. gradus. patet. quocūq; ei⁹ actu dato: si dicas q̄ est meritorium maioris gratie q̄. a. gradus: volo q̄ eliciat velle ita remissum q̄tū esset illud si sibi p̄cise. a. gradus corresponderet. et tunc volo q̄ sine vltiori actu moriat̄: et sequit̄ illatū. ideo nō est inconueniēs q̄ carēs merito p̄sonali: tūc beatificet sicut h̄ns

meritū psonale. [Mihi videt̄ cōcedendum corollariū. S; tūc est argumētū : minima gloria dat̄ pro gr̄a baptismali: ergo nō est possibile aliquē decedere in minori gr̄a : alias haberet gloriā minorē minima.] Quātū ad secūdā partē difficultat̄ in qua v̄t an a quilibet tali r̄c. est apparētia q̄ sic / qz quilibet talis ē meritorius : & cuilibet merito:io actui respōdet gr̄a i certo gradu. igit̄ ratioe cuiuscūq; act⁹ meritorij augeť gr̄a per additionē illius gradus illi r̄ndētis.

¶ Circa hanc difficultatē tres sunt opiniones. Prima. S. Tho. xvij. di. j. q. iij. ar. iij. in solutiōe ad vltimū argumētū il li⁹ articuli v̄t q̄ nō quilibet actu ex charitate elicitō augeť charitas / nec ex quolibet tali augeť beatitudo. vñ ad hoc declarādū dicit q̄ sicut aliquo bono actu disponit̄ homo sufficient̄ ad hñdā p̄mā gratiā / & aliq̄ bono actu nō disponit̄ sufficient̄ ad maiorē gratiā hñdā: ita aliquo actu elicitō ex charitate / nō disponit̄ homo sufficient̄ ad augmētū maioris charitatis: & tali actui nō respōdet charitas: & ex cōsequēti nec gl̄a seu beatitudo. & inde dicit q̄ p̄portio meritorij nō attēdit̄ penes multitudinē seu pluralitatē actūū. Vñ dicit q̄ actu elicitō ex gratia nō sufficienti disponere ad augmētū charitatis / nō efficit̄ homo ratioe illi⁹ dignior maiori p̄mio: s; soliū eodem p̄mio p̄cedēti. Eandē opinionē tenet. S. Bona. in sc̄bo. [Sic ego dico firmiť q̄ habit⁹ acquisit⁹ nō augetur a quocūq; actu: s; requirit̄ act⁹ sufficient̄ intensus.]

¶ Sc̄da opinio est Richar. dist. xvj. sc̄di / & Sco. in quarto / q̄ nō quolibet actu ex charitate p̄cedēte augeť charitas: qz qñ quis elicit vñū actū ita q̄ nō pōt maior illo ex illa charitate elici: vñ multiplicat tot q̄ equalēt illi simul sumpti tali maximo: p̄ tūc pie credēdū est & dicēdū p̄babilr̄ q̄ illi tūc correspōdet noua gr̄a / & ex cōsequēti gl̄a. s; si eliciat vñū solū min⁹ p̄fectū nō illi p̄fecto equialētē: & illū nō reiteret vt fiat aggregatū illi sūmo actui p̄fecto equalēs: tūc nō correspōdet illi actui aliq; grad⁹ gr̄e / nec pp̄ illū actū gr̄a augeť: verūtñ illi actui sic p̄uo debet̄ determinat⁹ grad⁹ gl̄ie distinct⁹ a p̄uib⁹: ita q̄ nunq̄ fit act⁹ bon⁹ in gr̄a quin augeat̄ gl̄a: qd̄ est p̄ S. Tho. & dicit Sco. q̄ corrdet vñū p̄miū gr̄e / & alio ope rib⁹. ¶ Ex quo sequit̄ q̄ eē de lege magis gratū deo vñ magis acceptatū / non est habere maiorē gratiam. patet. stat magis gratum habere minorem gratiam. patet. stat illum qui habet minorem gratiam / multiplicare tantum actus meritorios / q̄ illis debebitur maior gloria q̄ debeat̄ excessui gratie quā habet alter super ipsum: quo facto ē magis gratus deo: & tñ nō habet maiorē gr̄am / immo minorē. vt clari⁹ capiāt / declareť hoc exemplo. aliqui in. a. habuerūt equalēs gratias / & equalia merita: tamen vnus immedia

Additio.

Additio.

xvij. dist.

conueniunt diuus Thomas & scotus in hoc qd̄ utriq; tenet qd̄ non quolibet act⁹ ex charitate Christo augeť charitas & beatitudo in hoc nō s; Tho. tenet

q̄ non in h̄b; act⁹ in ex charitate in te charitate correspōdet beatitudo & scotus qd̄ sic.

De charitate.

te post. a. elicit actū remissum / alter vero nihil elicit. ¶
talis sit magis gratus / patet: qz est acceptat⁹ ad maiorem
gloriam: et hoc est esse magis gratū. nam esse gratū deo est
esse acceptū a deo. ideo ille est magis gratus q̄ est magis
accept⁹. sed sic est q̄ ille q̄ elicit actū post. a. nō habet ma
iorem gratiā sc̄dm illā opinionē: et tamen ei debet maius
premiū. igitur. ¶ Tertia opinio p̄munis et modernoz quā
optime tractat Dio. in sc̄do / et monach⁹ impugnando opi
nionē. S. Tho. est q̄ cuilibet actui bono in gr̄a elicitō cor
respondet gr̄a et gloria. et facit Monach⁹ egregias ratioēs
cōtra opinionē. S. Tho. que inferi⁹ ponent. S3 prius de
claref opinio Tho. Dicit em̄ q̄ non quolibet actu ex char
ritate elicitō auget charitas meritoze / lz bñ dispositiue:
nec etiā auget beatitudo. Un̄. S. Tho. et Durand⁹ nitunt⁹
probare istā partē hoc modo: et primo adducitur rō Durā
di dist. xij. p̄mi. q. viij. q̄ talis est. Ille non est dignus acci
piēdis q̄ nō bene vtitur acceptis. sed ille q̄ non elicit actū
sc̄dm totā inclinationē charitatis / nō bñ vtitur acceptis:
igitur nō est dign⁹ accipiēdis. s. gr̄a et gloria. Un̄ sc̄dm. S.
Tho. ad hoc q̄ q̄s disponat se ad gr̄am / opz q̄ disponat se
sc̄dm suā totā virtutē naturalē vt habeat charitatē: et nō
sufficit q̄ disponat se sc̄dm partē sue virtutis naturalis. iō
in illo qui nō habet charitatē: vt illam recipiat / opz q̄ dis
ponat se sc̄dm suam totā virtutē naturalē. ergo vt q̄s reci
piat augmetū charitatis / opz q̄ disponat se et sc̄dm totam
virtutē naturalē / et sc̄dm totam inclinationē habit⁹: et nō
sufficit q̄ disponat se sc̄dm partē sue virtutis naturalis: qm̄
volūtas est libera / potens agere sc̄dm totā suā virtutē / vt
sc̄dm vnam partē: qd̄ nō contingit in causis naturalib⁹ / q̄
agunt sc̄dm totā suā virtutē. et capitur hic virtus natura
lis nō vt distinguit cōtra liberā: sed contra infusam. tunc
si nō disponat se sc̄dm totam suā virtutē / nō facit qd̄ in se
est: et solū facientib⁹ qd̄ in se est / deus dat gratiā. sed null⁹
facit qd̄ in se est / nisi sc̄dm totā virtutē suam agat. igitur
requiritur q̄ disponat se sc̄dz totā virtutē naturalē ad re
cipiendū gratiā. ¶ Similiter tūc sequitur q̄ ad augmetū
charitatis requirit⁹ q̄ disponat se sc̄dz totā virtutē natura
lem / et sc̄dm totā inclinationē habit⁹ / scz gratie: ita q̄ non
sufficit ad hoc q̄ augeatur charitas sc̄dm eū / q̄ agat sc̄dz
totā potentiā naturalē / sed requirit⁹ etiā q̄ sc̄dm totū ha
bitū. ¶ S3 iste rationes nō sunt multū fortes: et ista opinio
nō est heretica / neqz sapiens heresim / et pōt defensari: s3
rōnes nō sunt efficaces. Ideo respondef ad p̄mā. Ille q̄
nō vtitur charitate sc̄dm totā inclinationē charitatis / nō
bñ vtitur acceptis / scz charitate. iō non est dignus accipiē
dis. Dico q̄ bñ vtitur / sed nō vtitur optime. et vt sit dign⁹

accipiēdis / sufficit q̄ bñ vtatur acceptis / ⁊ non requiritur
 q̄ optime vtatur. ⁊ sic soluitur ratio Durādi. S; q̄tum ad
 rationē sancti Thome: vt aliquis habeat charitatē (dicit)
 necesse est q̄ se disponat sc̄dm suam totā virtutē. Dico / cō
 muniter doctores hoc negāt: scz q̄ necesse sit q̄ adhibeat
 omnia q̄ adhibere potest ad se disponendū. Nam nō requi
 ritur q̄ homo sc̄dm extremum sui conatus disponat se ad
 gratiā recuperā dā: qz hoc esset nimis durū. ¶ Sc̄da opi
 nio est pbabilior / ⁊ videt̄ cōformis sacre scripture: scz Pau
 lo dicēti. Nos opz presentari ante tribunal Christi: vt refe
 rat vnusquisq; pp̄ria corporis sui prout gessit / siue bonum /
 siue malū. ergo operibus debetur gradus glorie vltra glo
 riā que debetur gratie. Et videtur q̄ vult habere paul⁹ q̄
 per omnē actum bonū elicītū ex gratia meremur gloriā /
 nō tamē gratiā. et sc̄dm istā opinionē attenditur p̄portio
 premioꝝ sc̄dꝝ aggregatoꝝ p̄portione ex meritis ⁊ gratia.
 Et sc̄dm istā opinionē opz concedere corollarie q̄ de lege
 ista simul stant / q̄ stat habētes equales gratias / inequali
 ter premiari: vt visum fuit de illis q̄ sunt equales in gr̄a ⁊
 meritis: ⁊ tamē vnus solus elicīt actū remissum ex gratia.
 ergo nō attēditur equalitas premioꝝ precise ex equalib⁹
 gratijs. Similiter stat duos habētes inequales gr̄as / equa
 liter p̄miari: vt sint duo equales in merito: quoz tñ vnus
 scz sortes hz duas gratias sacramētales / vnā baptisimī / et
 alterā p̄firmationis: ⁊ nullū habeat meritū p̄sonale: ⁊ pla
 to habeat vnū sacramētale / ⁊ aliud p̄sonale. isti habēt ine
 quales gratias / ⁊ equalia p̄mia. ideo sc̄dm istam opinionē
 p̄miū nō correspōdet soli gr̄e nec solis operib⁹ / sed vtrisq;.
 Unde est difficultas apud istā opinionē / quomodo auget̄
 charitas: ⁊ nō loquimur hic de operibus sacramētalibus:
 (nā ex opere operato semper cōfertur gr̄a si rite suscipia
 tur: ideo p̄habita gratia augetur) sed seclusis operibus sa
 cramentālib⁹ difficultas est videre quomodo augetur cha
 ritas in isto qui operat̄ bona opera: an operi operātis de
 beatur tñ premiū q̄tum debereť secluso augmento cha
 ritatis / hoc est an gratie correspōdeat certus gradus glo
 rie: ⁊ actui meritoꝝ alius grad⁹ ab illo: vt sit sortes qui fa
 cit actū bonum intēsum / ratione cuius datur. a. gratia: an
 vnus gradus glorie debeat sorte p̄ actu illo: ⁊ alius gra
 dus glorie debeat ei pro. a. gratia: ⁊ si sic / sequit̄ q̄ si plato
 elicīt actū remissum nō agēdo q̄tum potest ex charitate:
 ita q̄ nō p̄ducit p̄fectū et summū actum: sequit̄ inquā q̄
 platonī solū correspōdet vn⁹ gradus glorie p̄ opere. vñ sic
 ponat̄ exēplū. sint sortes ⁊ plato: ⁊ sortes habeat charitatē
 vt q̄ttuor / ⁊ plato vt octo: ⁊ sortes agat q̄tū p̄t ex charita
 te vt quattuor. in illo auget̄ charitas. ⁊ plato non agat tñ

ij. Ad Co
 rin. v.

De augmento gratie preexistētis,

Et tū pōt. in ipso platone non auget charitas: et forti corre-
spondet premiū ex bono opere ⁊ gradu gratie. sed platoni
solū correspondet gradus glorie ex parte sui operis ⁊ non
ex parte sue gratie superaddite: qz nulla superaddit: ergo
nūc sortes meretur de nouo maiorē gloriā q̄ plato ex cōsi-
mili operatiōe facta in gratia. ergo de nouo efficitur sortes
dignior q̄ plato p̄similiter operādo. cōsequēs videt̄ absur-
dū: qz sic stare equaliter merētes inequaliter p̄miari. Et
iō ad difficultatē iudicio meo eēt dicēdū q̄ qñ acquiritur
gratia solū ex parte operis operātis ⁊ nō correspondet no-
uus gradus glorie illi gr̄e distinctus a gradu glorie corre-
spondēte illi operi per q̄d acquiritur illa gratia: sed idem
ambob⁹ simul correspondet: ita q̄ vna gloria tota simul cor-
respondet operi ⁊ gr̄e: ⁊ non distinct⁹ gradus operi: ⁊ alius
gr̄e. Sed qñ gratia acquiritur virtute sacramenti: dico q̄ il-
li q̄ solū ex vi sacramenti acquiritur ⁊ q̄ dicitur gratia sacramē-
talis: debet certus et determinat⁹ gradus glorie a gloria
debita cuiuscūq; op̄i op̄ato. ⁊ sic p̄ solutio illi⁹ difficultat̄.

¶ Quomodo per quēlibet actū meritorium augetur
gratia preexistens. La. xij.

Prima p̄
positio.



Estat nūc declarare tertiā opinionē: p̄ q̄ po-
nunt̄ aliquę p̄positiōes. Prima. Dis act⁹ p̄ce-
dens a gr̄a est meritori⁹ augmenti glorie. h̄c
ponit monachus impugnādo Tho. probat̄.
oīs actus p̄cedēs a gratia baptismali: est me-
ritorius augmenti glorie: ergo eadē rōne act⁹
p̄cedens a quacūq; altera gr̄a est meritori⁹ augmenti glo-
rie. Consequētia p̄z: qz non est potior rō de vna q̄ de alia.
Antecedēs p̄z: qz opposito dato sequerē q̄ aliq̄ duo equa-
liter premiarent̄: quorū vnus h̄z solū baptismalē gratiam
sine p̄sonali merito: et alter h̄z baptismalē cū merito per-
sonali. s̄ hoc est cōtra oēs doctores. ⁊ p̄bat̄ assumptū. s̄nt
sortes ⁊ plato paruuli habētes p̄cise gratiā baptismalē.
moriat̄ sortes anteq̄ pueniat ad annos in quibus pōt ha-
bere meritū p̄sonale: ⁊ plato pueniat ad etatē rōnis: ⁊ eli-
ciat solū vnū actū a gr̄a baptismali q̄ nō ē meritori⁹ augmē-
ti glorie apud Tho. cū nō p̄cedat sc̄dm totā inclinationē
illius charitat̄. tūc plato nō plus premiabit̄ q̄ sortes. igit̄.
Sc̄do arguitur ⁊ apparēt⁹ cōtra sanctū Tho. Sequit̄ in
aliquo casu q̄ aliquis grad⁹ gr̄e foret alicui in detrimētū.
p̄z. sc̄dm eū si sortes habeat charitatē vt q̄ttuor p̄cise: ⁊ eli-
ciat actū ex illa charitate sc̄dz totā latitudinē actiuitat̄
illi⁹ charitatis: ille act⁹ est meritori⁹ alicui⁹ gradus glie ⁊
gr̄e sc̄dz eū: qz p̄cedit ab habitu gr̄e sc̄dz totā eius inclina-
tionē. ⁊ sit ille grad⁹ gr̄e. a. quē meret̄ d. nouo p̄ istū actū.
Arguit̄ sic. si sortes h̄eret dimidietatē. a. grad⁹ vltra illos.

De actu meritorio. Fo. lxxviij.

quatuor gradus gratie / et non operaret nisi secundum illos quatuor: tunc non operaret secundum totam inclinationem charitatis. & talis actus non esset meritorius nec gratie nec glorie: et nunc cum caret dimidietate. a. gradus / ille actus est meritorius. & dimidietas gradus foret in detrimentum eius. ergo propositum / scilicet quod charitas esset alicui in damnum et detrimentum. hoc videtur absurdum: ergo et illud ex quo sequitur. ¶ Secunda propositio contra secundam opinionem Scoti et Richardi: Omnis actus procedens a quacumque gratia / est meritorius novi gradus gratie. probatur / quia sequitur bene: correspondet novi gradus glorie: ergo et gratie: quia dicitur communiter quod secundum proportionem gratie datur gloria. igitur si pro omni tali datur gloria / oportet quod deest gratia proportionata illi gradui glorie. ergo quilibet actus ex gratia procedens siue magna siue parva / est meritorius novi gradus gratie. Posset aliter suaderi. aliquis actus procedens ex gratia / ex parte operis operantis augmentat gratiam (de opere operato non est quod: quia semper ex opere operato confertur nova gratia) et non augmentat gratiam nisi quia dignificat illum de nouo maiori gloria. sed dicitur quod procedit a gratia / dignificat agentem de nouo maiori gloria. ergo quilibet talis augmentat gratiam. ¶ Tertia propositio. non quilibet actus ex maiori gratia procedens / est propterea magis meritorius. probatur de dilectione proximi multum remissa / procedente tamen ex magna gratia / respectu dilectionis eiusdem procedentis ex magno conatu / et minori gratia. sed hoc est contra antiquos exponentes illam auctoritatem: non est attendendum quod facias: sed ex quanto. id est ex quanta gratia. sed alij exponunt / ex quanta intentione. propositio probatur: quia alias sequitur quod alius habens parvam gratiam / nunquam posset peruenire ad gratiam illius quod habet iam magnam / et quod semper licet remisse operatur. patet / quia dicitur: cum iste conetur: alius eo quod habet maiorem gratiam / magis merebitur. sed hoc non est procedendum. igitur non quilibet actus ex maiori charitate procedens est magis meritorius. et ista opinio videtur probabilior / quod semper pro omni actu a gratia procedente datur novus gradus glorie / contra primam opinionem: et datur novus gradus gratie / contra secundam. [Hanc secundam opinionem insequor. Sed questio est de actu contritionis quod non procedit a gratia: sed in gratia tamen. videtur quod talis actui non deberetur nova gratia / postquam non procedit a gratia. nec valet dicere quod sit ultima dispositio ad gratiam: quia sequeretur quod stante illo actu contritionis occurrente materia alicuius precepti affirmatiui / necessario voluntas se conformaret illi precepto: et propter quod non mereretur se conformando: vel posset omittere actum. Si secundum contritionem staret cum precepto. si primum: non mereretur. hoc argumentum est difficile contra illam partem in qua tenetur quod quilibet actus bonus potest fieri malus.] ¶ Difficultas est: utrum solus ille actus qui a charitate procedit / sit meritorius gratie et glorie? Et videtur quod non. sit fortis

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Additio.

Nota q sunt duo actus meritorij unus est me-
 ritorius de congruo & alter de condicione. actus meri-
 torius de condicione est actus libere dicitur a deo acce-
 ptatus ad aliquid tribuendum pro debito iusticie
 ut est actus procedens a charitate. & actus merito-

Additio.

rius de congruo est actus libere dicitur a deo
 acceptatus ad aliquid tribuendum non pro debi-
 to iusticie ut **De charitate.** sunt actus moralit-

in mortali: & eliciat actum bonum | quem continuet quousq[ue]
 sit in gra. & secundo capio dispositionem qua de se disponit
 ad remissionem peccati | et infusionem gratie. talis dispositio pre-
 cedit natura gratiam | ergo non est a gratia | & per conse-
 quens non est meritoria. patet: quia ois actus moraliter bo-
 nus in gratia factus est meritorius vite eterne | precipue si fe-
 ratur in deum tanquam in ultimum finem. pro ista difficultate
 qua queritur utrum pro solo actu elicitio ex charitate debet
 novus gradus glorie aut gratie | est duplex modus dicendi:
 ut sit sortes qui prius caruit gratia: iam elicit dispositionem pre-
 viam ad gratiam: & potest illam elicere in instanti: verumtamen
 ista dispositio non est a gratia | sed potius videtur quod gratia sit
 ab illa dispositione saltem preparative. Dicunt primi: quod talis dis-
 positio licet in esse nature precedat gratiam | in esse tamen gra-
 tifico vel acceptationis a deo | sequitur ipsam gratiam: & scdm
 tale esse est a gratia. Sed hoc non intelligo | quia quomodo an sub-
 stantia actus illius sit gratia: ita quod iste actus realiter sit inte-
 rior gradualiter quam foret si non haberet gratiam. & ideo respodet
 Sabriel in secundo quod pro illo instanti ille actus non est merito-
 rius nec gratie nec glorie | licet pro illo de congruo deus gra-
 tia & gloria. Igitur tenendo uniuersaliter quod ad esse meritorium
 requiritur concursus gratie | ille actus non est meritorius pro ta-
 li instanti pro quo elicitur: sed postea si libere continuet | erit
 meritorius de nouo. Sed contra. pro illo instanti est gratia: et
 gratie non repugnat in illo instanti primo sui esse agere | & est
 naturaliter productiva actus: ut sol in primo instanti quo pro-
 ducebatur | emittebat lumem. Conceditur quod in hoc instanti gratia
 agit: & quod non repugnat illi agere | & quod naturaliter est produ-
 ctiva actus: sed nego quod agat in hoc instanti ad tale actum
 quia repugnat ei agere actum ipsam natura precedentem:
 & ratio est: nam bene sequitur: efficit istum actum: ergo est natura pri-
 or. ideo implicat contradictionem quod talis actus sit natura prior
 ipsa gratia | & quod ipsa agat ad istum actum producendum: sed postea
 charitas conseruabit tale a sola voluntate productum. [Videtur
 mihi quod propter imperfectionem habitus non est natura agere in pri-
 mo instanti sui esse. Sed contra hoc est apparetia: quia actus pre-
 cedens ab habitu | est imperfectior charitate infusa. ergo si actus potest
 agere in primo instanti | et charitas infusa. Propterea Sabriel
 videtur benedicere quod charitas non potest agere nisi cum consen-
 tu voluntatis quam precedit prioritate nature.



V De diminutione charitatis. Cap. xiiij.
 Sum est de augmento charitatis: & terminata
 est difficultas scdm duplicem opinionem: an cha-
 ritas a quolibet actu elicitio augeatur. Nunc se-
 quenter videndum est de diminutione charita-
 tis: utrum videlicet charitas possit diminui. Res-

boni non procedens a charitate

De diminutione charitatis. Fol. lxxix.

In quo difficultatem communē / vtrum detur summū ad quod charitas sit augmentabilis vel augmentari potest: qz iam satis hoc determinatū est cum ageretur de habitibus acq̄sitis: cum sit idem iudicium. Unde de lege dat̄ sūma charitas quā possum habere / vel minima quā nō: quia de lege datur certū tēpus vltra quod nō viuā / et in tali tēpore nō possum infinitos act⁹ habere. ideo datur certus numerus actuū vltra quem nō possum elicere alios act⁹. quo facto charitas q̄ quis meretur per illos act⁹ / est finita de lege. Sed redeo ad difficultatē motam / videlicet vtrū charitas possit diminui. Unde charitatē posse diminui / dupliciter itelligit̄. Uno modo demeritorie de lege. i. q̄ possit dari aliquis act⁹ qui de lege erit solū demeritori⁹ precise perditionis vni⁹ ptis charitat̄: et illo actu habito p̄detur precise tāta pars charitat̄ / et nō tota: quēadmodū datur aliq̄s act⁹ meritori⁹ precise certe partis. Un̄ certū est q̄ charitas ifusa n̄ diminuit̄ actiue nisi demeritorie: qz sicut a solo deo p̄ducibilis est: ita a solo deo corrūpit̄. Alio modo intelligit̄ q̄ charitas simpliciter et absolute sit diminuibilis siue de lege / siue preter legē / siue p̄tra legē. Hoc supposito dicit̄ q̄ charitas ī sc̄do s̄su ē diminuibilis. Patet bene seq̄tur. charitas est augmentabilis: ergo est diminuibilis simpliciter et absolute. Patet consequētia. bñ sequit̄. est augmentabilis / ergo potest illi addi vn⁹ gradus de nouo seorsum. et vltra. ergo de⁹ potest seorsum corrūpere illū gradū. quo facto diminueit̄: et sic est diminuibilis simpliciter et absolute. ¶ Secūda propositio. Charitas nō est diminuibilis primo modo. Cōtra hāc p̄positionē sūt due opinionones: quib⁹ visis et impugnatis p̄babit̄ nostra sc̄da propositio. ¶ Prima quā videtur tenere Altiss. est q̄ charitas diminuitur p̄ venialia: hoc modo. s. q̄ primum veniale aufert vnā partem: secundū veniale (quīs eque ḡue sicut primum) non aufert tātum sicut primum / sed solū subduplum: vt si primum veniale auferat vnum gradum / secundū veniale quīs eque graue nō auferet nisi mediū gradum: et tertium veniale subduplū ad sc̄dm: et quartū ad tertium: et sic cōsequēter. et isto modo sc̄dm hāc opinionē venialia nō possunt diminuerē charitatē vsq̄ ad nō gradū / q̄tūcūq̄ illa venialia multiplicent̄. et sic venialia equalis grauitatis non auferunt equalēs partes eiusdē charitat̄ / sc̄dm Al. et nunq̄ remittit̄ vsq̄ ad nō ḡdū p̄ venialia: sicut habilitas ad bonū / remittit̄ p̄ malū actū: et q̄tūcūq̄ multiplicent̄ malū act⁹ / nunq̄ absorbet̄ hō qui remaneat sē p̄ aliqd̄ habilitat̄ ad bonū. Alia ē opinio Richardi clymētō / q̄ charitas diminuit̄ p̄ venialia secundū certā grauitatē illorū / et p̄ partes eiusdē q̄tūtat̄ etiā: vt sūt sortes hāc

Sc̄da p̄positio.

*cum sit in
finitum dim
sibilis & illa
venialia quā
tm nō p̄ mul
tiplianit nō*

possint in infinitum multiplicari

De diminutione

bens charitatem vt. viij. cōmittit vnum veniale certe gra-
uitatis. secundum eum tale veniale aufert vnam partē il-
lius charitatis vt. viij. gratia exempli aufert vnum gradū
demeritorie. elicit postea aliud veniale tāte grauitatis cū
primo. tale aufert vñ alium gradum charitatis: et sic p̄ il-
la duo venialia remanet charitas precise intēsa. vt. vi. et
sic per. viij. venialia eiusdē grauitatis cum primo aufert
tota charitas. ¶ Et cum arguitur cōtra eū: ergo charitas
potest perdi per sola venialia: negat cōsequentiā: qz quā-
do elicit vltimū veniale / qd. s. est demeritorū perditionis
totius charitatis que restat / dicit q̄ tunc nō peccat solū
venialiter / sed mortaliter: nō q̄ peccet mortaliter p̄ venia-
le quod elicit: sed peccat mortaliter omissiue / qz tenetur
seruare charitatem quam nō seruat: ideo peccat mortali-
ter. et iste sunt due opiniones opposite secunde positioni
superi⁹ posite: que licet nō sint multū pbabiles / neqz ap-
parentes: nō tamē sunt heretice. ideo arguitur cōtra ambas.
Primo sic. sequit̄ q̄ pro veniali quis puniret̄ eterna-
liter et pena perpetua. Patet sic: sit sortes q̄ precise habet
gratiā baptismalē: et nullam aliam: et primus act⁹ quē eli-
cit / sit venialis / nō sufficiens tamē ad demerēdū perditio-
nem totius charitatis / sed solum vni⁹ ptis: et decedat ime-
diate post illud veniale cōmissum sine quocūqz bono mo-
tu. i. merito personali. tūc solum p̄miabitur ratione chari-
tatis / et nō ratione operū. ergo scōm valorem charitatis in
qua decedit. ergo p̄miabitur min⁹ p̄petuo q̄ paruulus
decedēs immediate post baptismū: et pro veniali solū siue
ratiōe illi⁹: ergo illo gradu certo glie quo paruul⁹ p̄miabi-
tur plusqz ipse sortes / eternaliter p̄uabit̄ ratione illius ve-
nialis. et vltra. ergo pctm veniale puniet̄ eternaliter pena
dāni / q̄ est maxima pena. Nā oīs priuatio boni qd̄ alias in-
esset / et nūc non inest ratione culpe / dicit̄ pena dāni: alias
paruuli decedetes in originali / nō punirent̄ pena dāni. hoc
est manifeste falsū: et p̄tra oēs doc. ergo vtraqz istarū duarū
positionū est falsa. et hoc argumētū equaliter currit cōtra
ambas opiniones. [hoc argumētū est apparēs: sed q̄ vel-
lent p̄teruire / dicerēt q̄ nō sufficienter describit̄ pena dā-
ni: sed addēdū est / ratiōe culpe mortalis in se v̄ in altero.
Sed fieret replica de obstetricibus que meruerūt bonū
tēporale / a quo potuerūt impediri per solū pctm veniale]
¶ Scōdo arguit̄ cōtra secundam opinionē. sequit̄ q̄ qlibet
qñcunqz peccat venialiter / q̄ teneret̄ cōfiteri de illis ve-
nialib⁹ v̄ saltē de omissiōe. patet. i. certū ē sorti q̄tam cha-
ritatē habeat. ergo incertū ē ei si habeat maiore q̄ per ve-
niale demereat̄ corrupi. et vltra. ergo incertū est ei an pec-
cet mortaliter. ergo teneret̄ ad min⁹ p̄fiteri sub dubio deye

Additio.

Commisere peccat venialiter.

malibus. consequens est absurdū apud oēs doc. Quis enim multiplicent venialia sine termino non tenemur illa cōfiteri. et esset difficile multū multiplicare secundū illā opinionē quin charitatē corrūperent. Relinquuntur ergo iste opiniones tanq̄ minus pbabiles. et pbatur secūda ppositio q̄ nō possit charitas diminui: qz si sic hoc esset per veniale vel p mortale. nō per veniale vt probatum est. nec p mortale qz mortale nō illā diminuit: imo totaliter aufert demeritorie. Igitur resolutorie habent iste due ppositio nes vere. Prima q̄ simpliciter et absolute potest diminui charitas. Secūda q̄ non potest diminui de lege. **Cōtra** hāc secūda ppositionē Bre. in. xvij. d. j. et de Aliaco possē eū faciunt tale argumentū. Sit sortes qui habeat charitatē vt. iij. eliciat actū meritorū quo augeat precise suam charitatē per vnū gradū ita q̄ talis actus sit precise me ritorius vt vnū: et talis gradus sit. a. tūc charitas sortis ha bebūt quinqz gradus. tūc sic arguit. potest dari vnus act⁹ precise demeritorius vnus gradus: sicut actus erat meri torius vnus gradus. ergo illo actu deperdit precise tan tum de charitate quantū acquirebatur per actū merito rium vt vnū: et per consequēs remittitur charitas: et nō to taliter aufertur. Quis possit dari actus eque demeritorius: patet. potest dari actus minus meritorius: puta veniale: et potest dari magis demeritorius: ergo potest dari vnus equa liter demeritorius sicut. a. actus meritorius. **Ad argumē tum** admitto casum: et distingo q̄ possit dari actus eque demeritorius precise sicut est actus. a. meritorius: vel in il la dispositione in qua nūc est sortes: puta habendo gratiā vt. v. et sic negatur. vel q̄ possit dari eque demeritorius sim pliciter: et sic cōceditur. Dico scdo q̄ actus nō sunt ppara biles adinuicē scdm meritū et demeritū. et tūc argumētū esset frustratū. sed hoc admissio dico q̄ postq̄ habet chari tatē vt quinqz: non pōt dari aliq̄s eque demeritorius preci se. nā sortes meretur augmētū vnus gradus grē: et certū gradū beatitudinis: et nō totā btitudinē ex illo gradu. a. qz grē precedētī correspōdet aliquid btitudinis: et sortes nō pōt elicere actū demeritorū moraliter qn demereat totā beatitudinē q̄ est dign⁹. ergo plus demereat de perditōe grē et btitudinis q̄ prius merebat de acquisitione p actū meritorū vnus grad⁹: et pter hoc demereat penā sensus. q̄ nō pōt dari aliq̄s actus demeritorius qn sit magis demeri torius q̄ meritorius erat p̄cise actus vnus gradus. s; simpli citer et absolute pōt dari equaliter meritorius et demeritorius s; nō cū ista circūstātia in hūte charitate vt quinqz: vt i illo q̄ immediate habuit. **Tertia** ppō. Pctm veniale bñ remit tit feruorē charitatis. vñ feruor charitatis infuse est act⁹ ex

*non nō se compa
tia feruorē*

*De hoc actū aliquē actū
meritorium vnus gradus
gradus.*

*Veniale
remittit
feruorem
charita
tis.*

De diminutione charitatis.

charitate infusa elicitur / vel est habitus acquisitus ex illo actu: vt dicit de Aliaco. vt sortis habens charitatem infusam / ex tali charitate infusa elicit dilectionem dei super omnia. talis dilectio est feruor charitatis infuse: et ex illo actu de relinquitur habitus aliquis qui vocatur etiam feruor charitatis infuse. Probatur tertia propositio. sit aliquis diligens deum super omnia: cum hoc peccet venialiter / amando creaturam. tunc non tamen diligit deum super omnia quantum diligeret si non haberet illam dilectionem venialem creature / quia pluribus intentus minor est ad singula sensus. ergo occasionaliter remittitur. i. reddit minus intelus quam foret sine tali actu veniali. Preterea certum est quod ipse actus venialis remittit habitum acquisitum ex actibus contrariis. et illi actus contrarii erant a charitate / quia erant meritorii: ergo peccatum veniale remittit feruorem charitatis. Sed questio est utrum possit totaliter auferre charitatem siue feruorem charitatis. Dicitur quod aliquod veniale aliquem feruorem totaliter potest auferre / et est ei impossibile: vt veniale quo volo metiri iocose / est impossibile notationi qua nolo metiri iocose. sed nullum veniale est impossibile cuiusque feruori simpliciter: vt quocumque dato erit dabilis aliquis feruor charitatis cui non repugnat: licet aliis feruoribus repugnet: et sic aliquod veniale potest aliquem feruorem totaliter diminuerre contrarie / sed non demeritorie. ¶ Dubitatur utrum sit aliquod peccatum veniale quod sit impossibile cuiuslibet merito: hoc est an ista sint impossibilia / mereri / et peccare venialiter? Et apparet quod non: quia veniale nullam auferre charitatem: ergo. In oppositum arguitur. odium dei subreptitium non stat cum merito. p. bene sequitur. iste meretur: ergo habet actum qui est dilectio dei super omnia / vel qui ex illa procedit. nam qui meretur / oportet ipsum habere actum immediate circa deum / vel circa creaturam impatum a dilectione dei super omnia. sed implicat quod quis habeat odium dei subreptitium / et quod amet deum super omnia: cum nullus possit simul amare et odire idem obiectum. Cum ergo queritur utrum sit aliquod veniale quod cuiuslibet merito repugnet: dico quod non: quia odium dei subreptitium (supponendo quod sit tale / nam ockam in quodlibetis dicit nullum tale esse ponendum) et odire deum illo: et mereri: implicat: quia odire deum / et amare eum secundum eandem rationem et adequate / implicat: sed non implicat odire deum et eum amare secundum diuersas rationes: vt non implicat odire subreptitium / et amare deliberate. sed hoc concessio quod ista duo non stent: vt mereatur / oportet diligere deum super omnia: ideo odium subreptitium stabit cum merito actuali imperato a dilectione dei.

¶ De resurgente a peccato an resurgat ad maiorem gratiam et gloriam. Ca. xiiij.

odium subreptitium est odium ex habitudine passionis.



Donsequēter querit̄ vtrū qui cecidit a gratia /
 ⁊ postea resurgit / resurgat ad maiorē grām ⁊
 Et omitto modos quibus resurgit: qz notum
 est qd nullus resurgit ad gratiā nisi per peni-
 tētiā. Quātū ad hoc sit prima ppositio. Qui
 cūq; resurgit a peccato mortali / ad min⁹ sem-
 per resurgit ad equalē gloriā / siue ad dignitatē equalis
 glorie / siue ad acceptationē ad equalē gloriā: quod idem
 est. Cū existens in mortali secundū presentē iustitiā non
 est acceptatus ad gloriā: sed quando resurgit / non solū re-
 surgit ad habitū infusum. i. ad gratiā / sed de nouo ad ac-
 ceptationē ad gloriā scdm presentem iustitiā. probatur
 ppositio: qz opposito dato sequit̄ qd quis pro peccato di-
 missio eternaliter puniret̄. et ista est vnica ratio efficax ad
 hoc pbandū. p̄ consequentia. bñ sequit̄: iste resurgit ad
 minorem acceptationē glorie q̄ prius fuit acceptat⁹: ergo
 si nūc decederet / min⁹ premiabit̄ q̄ si decessisset ante ca-
 sum. i. añq; cecidisset a gratia. hec psequētia est euidēs. et
 vltra. iste minus premiabit̄ si nūc decedat q̄ si decessisset
 añq; caderet a grā: ergo p aliquē gradū min⁹ premiabit̄.
 ergo illo gradu ppetuo priuabit̄ ppter casum. tūc sic ar-
 guit̄. illo gradu perpetuo priuabit̄ ppter illud pctm: ergo
 ppter peccatū dimissum ppetuo priuabit̄. et illa priuatio
 est pena: ergo puniet̄ ppetuo p peccato dimisso. cōsequēs
 est falsum. p̄t̄ per Ezechielē: Si conuertat̄ peccator / om-
 nium iniquitatū eius nō recordabor. supple quātū ad pu-
 nitionē eternā. igitur prima p̄pōvera. Secūda ppositio
p̄babilis: et etiā eius oppositū p̄babile est. Quicūq; resur-
git / ad minus resurgit ad equalē grām. Ista nō potest ita
 efficaciter p̄bari sicut prima / et supponit qd precise penes
 equalitatē vel inequalitatē gratiarū sit equalitas vel ine-
 qualitas acceptatiōis ad gloriā scdm presentē iustitiā. Et
 iā prius allegate sunt opinionēs contrarie qd nō solū valo-
 ri grē correspondet valor glorie / sed valori grē et valori
 operū. Cū dicit Sco. qd nō semper opz hominē resurgere
 ad equalē gratiā / sed opz semper ipsum resurgere ad ma-
 iorem gloriā. tñ suadeo istā secūdā ppositionē quasi eos-
 dē argumēto sicut primā. Arguit̄ sic. quis non solum re-
 spondeat valor glorie valori gratie: cuiuslibet tñ gratie ali-
 quid glorie correspōdet distinctū (scdm illam opinionē) a
 gloria q̄ correspōdet operib⁹. ergo si fortes resurgat ad mi-
 norē gratiā / etiā resurget ad acceptationē minoris glorie.
 cōsequēs est improbatū in p̄ma ppositione: quis non re-
 surgat a debito toti⁹ glorie soli grē debite / nihilomin⁹ cui-
 libet gradui grē correspondet aliquid glorie debitū a glia
 correspōdēte grē / ⁊ a gloria correspōdēte operib⁹. ergo si

Ezechie.
xvii.

De resurgente

**Tertia p
positio.**

resurgit ad minorem gratiam / similiter etiam ad minorem gloriam. nam bene sequitur. resurgit ad minorem gloriam debitam gratie: ergo simpliciter resurgit ad minorem gloriam. Patet: fortes qui resurgit / quantum ad debitum operibus resurgit ad equalē gloriam: sed ex parte gratie resurgit ad minorem: ergo respiciendo ad totalem gloriam ad quam resurgit / talis resurgit ad minorem gloriam. Consequens est improbatum in prima propositione: ergo propositio secunda relinquitur ut cuncta probata. ¶ Tertia propositio quam multi ponunt / et in qua est quasi tota difficultas. Quicumque resurgit / resurgit ad maiorem et gratiam et gloriam. Patet: quicumque resurgit / primo resurgit ad omnem gratiam quam prius habuit / et ad omnem gloriam prius sibi debitam: et cum hoc resurgit ad unum gradum gratie quem non habebat / et ad unum gradum glorie qui prius illi non debebat. igitur tertia propositio vera. Prima pars huius propositionis patet ex secunda propositione: et scilicet ex prima. Tertia pars patet: scilicet quod resurgat ad gradum gratie quem prius non habebat: et glorie qui prius ei non debebatur. nam quicumque resurgit / hoc est per opus meritorium. ergo ratione illius operis meretur gradum gratie quem nunc habuit / et unum gradum glorie qui nunc fuit ei prius debitus. igitur. Et ista est propositio guillermi parisiensis in libro de sacramentis tractatu de purgatione. Ubi non est difficultas quod quicumque resurgit per sacramentum / quin resurgat ad unum gradum gratie et glorie non prius habite nec debite: quia ex vi operis operati profertur. Sed est difficultas de illo qui resurgit sine sacramentis: hoc est ex vi operis operatis. id est ex dispositione et bono motu voluntatis. et quod sit difficultas / sic suadeo. sit fortes qui cecidit a gratia et gloria ut octo. resurgit a peccato per contritionem solum. in primo instanti quo est in gratia / non est dignus maiori gloria quam prius: ergo non resurgit ad maiorem gloriam. Patet antecedens. in primo instanti in quo est in gratia post casum / nullum opus elicuit ex gratia: ergo post casum nihil meruit de gloria: et non acquirit aliquid de gloria ex vi operis operati. igitur. ubi dictum est quod nullum opus est meritorium nisi sit ex gratia. ideo cum dispositio est prior natura quam gratia: non est meritoria. Ubi fortes resurgens / ex vi operis operatis in hoc instanti non meretur aliquid glorie. patet: quia in hoc instanti non operatur ex gratia. et post casum nunc operatus est ex gratia: ergo post casum non est dignus maiori gloria quam erat antequam caderet. et hoc apparet multum probabile: et hoc videtur sentire Eliphaz in prima distinctione quod quicumque resurgit / ex vi operis operatis resurgit ad equalitatem gratie. Sed contra hoc arguitur. si iste surgeret (non dico resurgeret) ita quod nunc fuisset in gratia prius: surgeret per opus operatum ad aliquem gradum gratie quem nunc habuit: ergo ratione istius

boni motus quibus non sit a charitate / debetur aliquis gradus gratie. ergo cum resurgit / non solum resurgit ad gratiam quam habuit ante casum / sed cum hoc ad gradum ultra qui debetur illi dispositioni per quam resurgit. et ponitur talis analogia / sit sortis adultus non baptizatus / qui nunc est in gratia. est possibile quod acquirat gratiam ex vi operis operantis: id est per bonum motum voluntatis quo vult effici christianus et baptizari / sed non habet opportunitatem / quia non inuenit sacerdotem paratum. et si eum peniteat veteris vite / sibi conferatur gratia antequam recipiat sacramentum baptismi: et talis nunc habuit gratiam: et non conferatur nisi per opus operans. ergo isti dispositioni que est bonus motus sortis / debetur aliquid gratie: et non minus deberetur ei quam si fuisset prius in gratia. et ille qui fuit prius in gratia / resurgens per bonum motum / non solum resurgit ad equalem / sed etiam ad maiorem gratiam / et ex consequenti ad maiorem gloriam ei debitam. et hoc videtur in his concedendum. [hoc argumentum est bonum ad probandum quod in primo instanti quo gratia infunditur / concurrat ad actum: alioquin aliquis habebit vitam eternam qui nunc elicit actum meritorium / et non habuit sacramentum vllum: quod non concedo.] Et ad argumentum in oppositum quando quis resurgit / in primo instanti verum est dicere quod non mereatur per bonum motum quo resurgit. ergo nec mereatur gloriam / quia per quemcumque mereatur gloriam / mereatur gratiam: nec prius merebatur post casum a gratia / quia non operabatur ex gratia. ergo mereatur / nec ante merebatur. dico admittendo casum quod sortis in hoc primo instanti resurgat per bonum motum / verum est quod in illo non mereatur de condigno / quia iste bonus motus est a sola natura / et non a charitate (etiam supposito auxilio diuino) sed dico quod mereatur de congruo: quia ex dispositione qua habet talia / secundum legem deus infundet gratiam. sed ultra illam infundetur aliquid gratie ratione illius dispositionis / et consequenter mereatur aliquid glorie. ¶ Difficultas circa secundam et tertiam propositiones. Ex illis sequitur quod aliquis resurgeret / et non posset dari certus gradus gratie ad quam resurgeret. patet. capio sortem qui per totam horam precedentem terminatam ad hoc instans merebatur intendendo bonum motum successiue. in hoc instanti terminante horam peccet mortaliter / quia in illo instanti potest elicere voluntationem prohibitam / vel omittere aliquid quod precipitur elicendum pro illo instanti sub pena peccati mortalis. illo casu posito arguitur sic. non datur certus gradus gratie a quo cadit: ergo quando resurgit / non datur certus gradus gratie ad quam resurgit. p[er] antecedens. primo in hoc instanti

Additio.

De resurgēte a pctō r̄.

Iste non habet gratiā / quia est in mortali per casum posses-
tum: et nō potest dari maxima grana quā habuit prius. er-
go non datur maximus gradus gratie a quo cadit. conse-
quētia est certa. et minor pbatur. quacūq; gratia signata
ante illud instans / adhuc aliquid merebatur qđ addebat
illi gratie precedēti. ergo illa nō erat summa. Unde com-
muniter dicit apud Gregorium / si sit aliqua qualitas que
successiue intēdatur vsq; ad aliquod instans / et in illo an-
nihiletur tota a deo / qđ non datur certus gradus qualita-
tis qui fuerit. ergo in proposito si sortes per totam horam
mereatur vsq; ad hoc instans / et in hoc instāti peccet: nō
datur summus gradus a quo cadit. et non resurgit nisi ad
illam a qua cecidit / et ad illam que debet dispositioni per
quam resurgit. ergo cum non detur summū a quo cadit /
nō dabitur summa gratia ad quam resurget: et hoc est im-
possibile qđ sit aliqua qualitas in instanti quin detur sum-
mum eius. Dico qđ ista sunt concedēda. Primum: non datur
summa gratia quam sortes habuit. Scđm: non datur sum-
ma gratia qua sortes fuit dignus. et sic non datur nec sum-
ma gratia a qua cecidit / nec summa gloria a cuius debi-
to cadit. nam quocūq; gradu glie sortes fuit dign⁹ / in in-
stāti posteriori maiori fuit dign⁹. quā cūq; gratiā in instā-
ti habuerit / in instanti posteriori maiorem potuit habere.
Tertium concedendū qđ quādo resurgit / non solum resur-
git ad gratiā quam habuerit / nec solum ad debitū glorie
prius debite: sed resurgit ad totam gratiam quam habuis-
set in illo instanti / et ad totum debitum glorie que debita
fuisset in illo instanti. Datur analogia. aliquis adultus ac-
cedit ad baptismum / baptizatur: tamen ponit obicem ne
recipiat gratiam baptismalē. si postea resurgat talis / resur-
get ad illam quā habuisset in baptisate si non posuisset
obicem. Similiter dico in proposito. Sortes per totum tē-
pus meretur augmentum gratie successiue vsq; ad illud
instans terminans horam: et in illo ponit obicem: et si non
posuisset / in illo instanti fuisset gratia intensior et maior
gloria debita qđ prius / quā non fuisset in illo instanti pri-
mo merita / capiēdo ly merita nominaliter. Ideo cum res-
urgit / resurget ad totum illud quod habuisset et debitū
fuisset ei in illo instanti. Et hec dicta sufficiant de virtuti-
bus theologicis.

¶ Tractatus tertius de virtutibus morali-
bus et vitijs oppositis.

¶ De diuisione virtutis in moralē et intellectualē.
Capitulum primum.



Adposito fine de virtutib⁹ superhu-
manis. i. theologicis: ꝓsequēter agē-
dum est de virtutibus humanis. et
presupponitur distinctio posita su-
pra quando querebatur quomodo
differunt theologicę et humane.

¶ Dictum enim est quia humane
sunt circa aliquod obiectum scđm
aliquam rationem que nō excedit
humanā rationē. ¶ Itē sunt acqui-
site / alie vero infuse. Unde. S. Tho-

mas nullas ponit theologicas acquisite. His suppositis:
queritur vtrum virtus bene diuidat̃ in intellectualem et
moralem? Et apparet q̃ non. virtus intellectualis non est
virtus. ergo virtus non bene diuiditur in intellectualem
et moralem. patet antecedens. habitus ille non est virtus
cuius actus est indifferens ad bonitatem vel malitiā. sed
actus virtutis intellectualis est huiusmodi. igitur. Relin-
quo maiorem satis notam ex auctoritate Augustini dicē-
tis: Virtutibus nunq̃ contingit male vti: supple elicitiue.
hoc est / nunq̃ cōtingit actum habitus virtuosi esse malū.
patet minor. inter virtutes intellectuales vna ponit sciē-
tia. sed actus scientificus est indifferens ad bonum et ad
malum. nam stat aliquē ex habitu sciētifico elicere actū /
ꝛ illum in bonum ꝛ in malum finem ordinare. ideo actus
virtutis intellectualis est indifferēs ꝛ ad bonum ꝛ ad ma-
lum. igitur virtus nō bene diuiditur prima sui diuisione
in moralem ꝛ intellectualem. ¶ In oppositum tamen est
Aristoteles sexto ethicorum / qui postq̃ tractauit de virtu-
tibus moralibus in precedentibus libris / consequenter in
ipso sexto tractat de intellectualibus. ¶ Pro solutione hu-
ius difficultatis notandum est ex doctrina sancti Thome
q̃ aliquis habitus dupliciter dicitur virtus. Uno modo q̃
facit facultatem alicuius operatiōis bonam que de facto
est vel potest esse bona. Secundo modo quia facit vsum il-
lius habitus esse de facto virtuosum. Primo modo dicit
virtutes intellectuales esse virtutes. Nam sciētia facit fa-
cultatem ad actum scientificum / qui actus est bona ope-
ratio ipsi potentie intellectiue. Similiter intellectus ha-
bitus facit facultatem ad assensum premissarū siue pinci-
piorum: que sunt operationes bone intellectui potentie:
sed habitus non facit q̃ vsum suimet sit bonus ꝛ virtuosus /
q̃ hoc depēdet ex libero arbitrio volūtatis: hoc est / talis
habitus non inclināt ad hoc vt vsum eius sit bonus. patet /
nunq̃ aliquis vsum est bonus aut virtuosus / nisi per actū
voluntatis. sed habit⁹ intellectuales non inclināt ad act⁹

De diuisione virtutis 22.

voluntatis. ergo sibi se non inclinant ad hoc vt vsus ad solam operationem sit bonus. Habet ergo qd capiendo virtutem primo modo / virtutes intellectuales sunt virtutes: et non scdo modo: qz scdo modo capiendo / sole virtutes morales sunt virtutes. et in prima diuisione capitur virtus vt est quid comune ad illas duas acceptiones nunc positas. Ideo respondetur ad argumētum prius factum / habitus ille non est virtus / cuius actus est indifferens ad bonum et ad malum. verum est qd habitus ille non est virtus secūdo modo / cuius actus est indifferens: sed bene primo modo dico qd aliquis habitus est virtus / cuius actus est indifferens ad bonitatem vel malitiam / puta per bonam vel malam relationem voluntatis in finem. Unde stat actum alicuius habitus artis esse malum ppter malam relationem. De distinctione virtutum intellectualium adinuicem / non intendo pro nunc tractare: sed accedo ad morales / mouedo questionem de distinctione illarum abinuicem in comuni: ¶ Utrum scilicet bene distinguatur in prudentiam / fortitudinem / iustitiam / et temperantiam? Et videtur qd non / qz prudentia est virtus intellectualis: ergo non debet poni inter morales. ppter antecedens / qz actus prudentialis est iudicare de agendis. modo iudicare est actus intellectus: ergo et eius habitus: qz habitus et actus ab eo elicitus semp sunt in eadem potentia. Non est difficultas de alijs tribus quin sint morales: sed difficultas est de ipsa prudentia. ¶ Unde prudentia scdm essentiam eius est intellectualis / qz est subiectiue in intellectu: et eius actus est intellectualis. sed ipsa prudentia est virtus moralis sibi materiam / siue sibi obiectum: quia versatur circa illud obiectum circa quod versantur ceterae morales virtutes: et sic sibi suam naturam et essentiam dicitur intellectualis / sibi vero materiam moralis. Item ipsa prudentia magis accedit ad esse virtutis moralis qm ceterae quattuor alie intellectuales / scientia / sapientia / ars / et intellectus. patet sexti ethicorum tertio: quia alie sibi se non faciunt vsus bonos: sed ipsa prudentia non solum dicit facultatem ad operationem / immo facit vsum singularum aliarum bonum. notum est enim qd prudentia facit vsum iustitiae bonum: hoc est / nisi adesset actus prudentie / nunquam esset bonus ipsius iustitiae vsus. et sic de alijs dicendum est / puta qd ipsa prudentia facit vsus aliarum bonos. Patet igitur qd tres sunt virtutes morales sibi essentiam: altera vero puta prudentia est solum moralis sibi materiam. intellectuales vero sunt sibi essentiam intellectuales. [Prudentia facit vsum aliarum virtutum bonum: et quia circa eandem materiam versatur / dicitur moralis obiectiue et vsiue: alie nec vsiue nec obiectiue sunt morales.]

• **Additio.**

sunt sibi essentiam intellectuales. [Prudentia facit vsum aliarum virtutum bonum: et quia circa eandem materiam versatur / dicitur moralis obiectiue et vsiue: alie nec vsiue nec obiectiue sunt morales.]

De actibus prudentie. Capitulum. ij.



Consequenter videndum est de actibus prudentie qui communiter a doctoribus tres assignantur scilicet eubulia synesis et gnome: et an distinguantur inter se. Pro declaratione notandum quod Eubulia secundum Thomam est actus quo bene consiliamur. Synesis est iudicativa siue iudicium de agendis secundum communem legem. Gnome est precipere secundum ipsam rationem naturalem in his in quibus deficit lex communis. Primus igitur actus est Eubulia. id est consiliari. Secundus synesis. id est iudicare. Tertius est precipere. et iste ultimus actus scilicet precipere secundum Thomam vocatur proprie prudentia. Unde dicit prima secunde questione. lxxij. quod isti tres actus distinguuntur realiter ab invicem: et sic se habent quod semper posterior est principalior prior. Unde eubulia seu recte consiliari seu recte inquirere est actus prudentie minus principalis quam iudicare. ratio est quia ille actus non est nisi propter secundum. id est propter iudicare: immo quando habetur iudicium non est amplius opus inquisitione. ideo primus actus est propter secundum. id est propter iudicare. dicit ultra. S. Tho. quod ultra actum secundum ponit tertius actus perfectissimus. id est precipere. et ratio est (dicit) nam cum actu secundo scilicet iudicare stat peruersitas in affectione: aliter non posset quis agere contra conscientiam. et iste est proprius actus prudentie. id est precipere: cum quo non stat peruersitas: et de isto dicitur omnis malus ignorans. et habitus inclinans ad istum actum est habitus principalis prudentie qui connectitur cum virtutibus moralibus: que non stat esse sine morali virtute. Unde facile ex ista distinctione actuum prudentie possunt intelligi multi passus. S. Tho. actus prudentie vocat partes potentiales inclinantes ad tertium actum: et ponit distinctionem realem inter illos actus. Sed quia non possum bene capere hanc opinionem: arguitur quod non sit ponendus ille tertius actus scilicet precipere. et non est difficultas quin duo primi sint ponendi. Dicit. S. Tho. quod postquam intellectus iudicat danda esse elemosinam habet alterum actum qui exprimitur per ly fac vel des: quo habito necessitatur voluntas ad volendum dare. Arguitur contra hoc. nam secundum Aristotelem non ponuntur nisi tres operationes intellectus. scilicet simplex apprehensio discursus compositio vel diuisio: sed ille tertius actus quem ponit non est simplex apprehensio neque discursus: ergo est compositio vel diuisio: et non est compositio vel diuisio apprehensiva: ergo est iudicativa. et si est iudicativa: ergo non apparet quod sit ponendus actus precipiendi distinctus ab actu iudicandi. Secundo arguitur sic. habito actu iudicandi secundum eum non necessario sequitur actus precipiendi: quia alias cum actu iudicandi nunquam staret elicitio

*nam ista iudicio danda est elemosina
parum propter dandum fac me nolle dante*

De actibus prudentie.

oppositi/ vt habito actu iudicatio q̄ dāda ē elemosynar
nō necessario sequitur actus p̄cipiēdi. s̄ des vel fac. Tunc
arguitur sic. illo actu iudicādi habito sine p̄ductiōe act⁹
p̄cipiēdi: vel possum elicere volitionē conformē illi iudic
cio: vel non. Si dicas q̄ nō possum: contra. possum ex sim
plici apprehēsiōe secluso actu p̄cipiēdi: ergo possum
etiā ex iudicio/ secluso etiā quocunq; alio actu sequente.
Si dicas q̄ possum: arguitur sic. illa volitio est bona: ergo
superfluit actus p̄cipiēdi ad bonitatē illius actus. An
tecedens p̄/ primo talis volitio est elicitā libere ⁊ sciēter/
q̄ scio hoc esse faciendum/ ⁊ p̄pter hoc. i. finem debitū/ ⁊
circa materiā debitam: et ista sufficiunt ad bonitatē act⁹
moralis secundū Ari. ergo superfluit ille terti⁹ actus quē
ponit Thomas. ¶ Tertio sic. ipse sc̄ Tho. videtur dicere
q̄ iste actus iudicādi non est perfectissimus actus prudē
tie: quia cū tali stat peruersitas in affectione. sed actus il
le tertius/ scilz p̄cipere/ est perfectissimus: q̄ cū illo non
stat peruersitas in affectione. ¶ Cōtra. vel causatur mere
libere/ vel pure naturaliter talis act⁹ p̄cipiēdi. Si dicas
secundū: ergo cū mere naturaliter ad illum actū p̄cipiē
di sequit̄ elicitio: ergo nec hoc nec illud erit bonū aut vi
tiosum. patet consequētia. nihil est bonum aut malū mora
liter/ nisi libere eliciatur vel imperetur. ergo si tā p̄cipere
q̄ elicere causentur necessario/ neutrum erit bonū. Si dica
tur q̄ ille tertius actus/ sc̄ p̄cipere/ causatur libere/ s̄ ad
illū necessario sequitur elicitio in volūtate: tunc sequitur
q̄ bonitas aut malitia moralis esset attribuenda actibus
intellectus/ ⁊ non volūtatis. p̄ consequentia: quā docūq;
sunt duo actus sic se habētes q̄ vnus est liber in se/ ⁊ alter
necessario sequitur ad primū: ille secundus nō habet liber
tatē p̄prie dictā nisi in primo: q̄ tota eius bonitas aut ma
litia attribuitur primo. ideo hac ratione actus exterior nō
dicitur habere propriam malitiā distinctam ab interiori/
q̄ necessario sequitur ad primum/ si non ponatur impedi
mentum. ergo cū primus actus libere elicitus sit p̄cipe
re/ ⁊ ad illū in voluntate necessario sequat̄ elicere: tota bo
nitas illius elicitiois est attribuenda actui qui est p̄cipe
re: ⁊ sic actus volūtatis essent solū boni vel mali denomi
natione extrinseca: quod nullus doctorū concedit. Ideo
dico q̄ ultra consiliari quod est vnū p̄uuium ad actū pru
dentie/ non est ponendū aliqd̄ preter iudicare siue preter
iudiciū practicū: vt intellectus iudicat q̄ dāda est elemo
syna/ nō est opus amplius inquisitione ultra tale iudiciū/
et non video quis alter actus esset ponēdus pro actu pru
dentie: immo ille actus iudicādi sufficit ad voluntatē vt
recte eliciat: ⁊ si non habeat tale iudiciū/ non scienter eli

De actuali prudētia. Fo. lxxxv.

est. & sic tenent omnes docto. nam voluntas non est ancilla intellectus: sed ediuerso intellectus est seruus ipsius voluntatis. Ideo resolutorie dicendū est q̄ illud recte iudicare est proprius actus prudentie: & non est ponendum tale precipere distinctū ab ipso iudicio. [Argumentum fortissimum cōtra Tho. q̄ non sit ponendus actus ille qui vocat̄ precipere / sed sufficiunt consiliari & iudicare. sed non bene capio quis est proprius actus consiliationis que vocatur Eubolia. Si dicas q̄ sit talis actus: volo inquirere de bonitate vel malitia actus: tunc Eubolia esset actus vel habitus voluntatis / & non intellectus. Si dicas / est tale iudicium: inquirendum est de bonitate vel malitia actus: tūc est idem cum iudicare. et hoc apparet.]

Additio.

De actuali prudentia an requiratur ad quālibet operationem studiosam. Capitulum. iij.



Consequenter vidēdum est vtrū ad quālibet operationē virtutis necessario requiratur actus prudētialis / puta aliquod iudicium quo iudicetur hoc esse faciendū vel non faciendū: psequēdum vel fugiendū: Et arguitur q̄ sic / duplici auctoritate Aristo. Dicit enī in scōdo ethi. definiēs virtutē / q̄ est habitus electiuus in mediocritate consistens / determinata ratione. ergo videtur ex hoc q̄ antecēdēt actus aliquis sit virtuosus / requiritur q̄ obiectum illi sit medium s̄m determinationē rationis: et hoc nihil aliud est q̄ esse dictatum a recta ratione. ergo ad operationem virtutis necessario requiritur actus prudētialis. Insuper dicit Aristo. q̄ ad bene operandū tria requirunt. Primo q̄ talis operatio fiat ex electione. i. sciēter: hoc est cum iudicio prudētiali. De cā in tertio questione. xij. p̄ ista questione ponit aliquas p̄positiones. Prima. Ad actū virtutis non sufficit conformitas ad prudentiā aptitudinalē (& capitur semper prudētia p̄ actu) hoc est / non sufficit q̄ actus sit aptus natus esse conformis actuali prudētie. patet / qz opposito dato sequitur q̄ actus elicited contra conscientiam erroneā / esset actus virtutis. consequēs est falsum: immo quilibet talis est vitiosus. ergo & antecēdēs. patet cōsequētia. ille actus elicited cōtra dictamē erroneū / est aptus natus esse conformis dictamini recto. sed talis nō est virtuosus. igitur ad actū virtutis nō sufficit illa aptitudo ad actualē prudentiā. Dices q̄ sufficit illa aptitudo ad dictamēn actuale rectū secluso errore opposito illi dictamini recto quod est aptum natum actū conformare. Cōtra / nō est eadem aptitudo quādo est error / et quā non est. et istud argumentū nō est multū efficax: qz diceret aliquis q̄ sufficit aptitudo secluso errore: vt quā docūq̄ quis amat deū /

Prima p̄positio.

De actuali

Secunda
propositio.

Tertia
propositio.

Aditio.

Quis non dicitet actualiter esse amandum deum; dum tamen non dicitet non esse amandum: esset difficile impugnare. Secunda propositio. Non sufficit conformitas ad prudentiam habituales. patet. nullus habitus inclinatur ad actum alterius habitus nisi mediante actu proprio. ergo habitus prudentia nunquam inclinatur aut nunquam dirigit actum alterius habitus nisi mediante actu proprio. sicut enim habitus principiorum certum est quod nunquam inclinatur ad actum conclusionis nisi mediante actibus principiorum circa principia: ita nunquam habitus prudentia inclinatur ad actum affectionis nisi mediante actu suo. et istud argumentum est contra Gregorium quod non sufficit relatio habitus in ultimum finem ad hoc quod actus sit bonus: eodem modo quod non sufficit habitus prudentia. Tertia propositio. Antequam actus virtutis sit bonus, requiritur in intellectu actualis prudentia. Unde nunquam actus voluntatis est bonus quin actu sit iudicium actuale in intellectu dictans hoc esse faciendum vel non faciendum, fugiendum vel consequendum. et ista propositio satis patet ex auctoritatibus pallegatis ex aristotele. in principio huius questionis. Diceret alius: dicitur quod antequam actus voluntatis sit bonus, requiritur dictamen prudentiale actuale in intellectu. Queritur tunc utrum ad actum esse bonum requiratur tale iudicium certum, vel sufficiat iudicium opinativum? Et apparet quod non sufficiat opinativum: quia bene sequitur, est iudicium opinativum: ergo est formido de opposito. Sed facere contra tale formidinem videtur malum: quia esset se exponere periculo peccandi. ergo nunquam actus elicitus conformiter ad opinionem erit bonus. Unde videtur mihi dicendum quod potest esse assensus opinativus qui non est sufficiens ad bonitatem actus sibi conformis. patet. potest esse assensus ita opinativus quod plene est de formidine, vel ad minus tantum quod hoc sit faciendum et bonum, certum est de assensu quod tale sit bonum. quod casu apparet quod talis actus non sit bonus: verumtamen si esset multum de assensu, et parum de formidine, sicut sunt alii (ut dicit Aristoteles) qui plene assentiunt suis opinionibus quam alii suis conclusionibus: credo quod tunc esset sufficiens ad regulandum operationem moraliter bonam in voluntate. [Per illud bene soluitur de primo actu fidei secundum Gregorium: quod per talem actum potest regulari imperium voluntatis imperantis primum actum fidei. Sed contra sequitur quod aliquis actus opinativus esset de fide, quod essemus obligati ad talem actum opinativum: et per consequens essemus obligati ad opinandum in fide. Disco quod non sequitur: ad tale assensum teneor: ergo est de fide. propter instantiam de hac propositione, habebit habitum: cuius oppositum repugnat spei actui ad quem teneor.] [Alia difficultas. Dicitur est quod semper ad hoc quod actus sit bonus, requiritur ali-

quis assensus in intellectu. ergo ex hoc infero quod antequam habeatur aliquis actus bonus in voluntate / necessario precedunt aliqui actus in voluntate qui non sunt boni. patet consequentia. implicat quod in intellectu sit aliquod iudicium quin sit aliquis actus in voluntate praeuius. unde habetis notitijs extremorum / est adhuc liberum componere. Ideo dicit sanctus Thomas quod quicquid assensus evidens non sit bonus aut malus: ipsa tamen consideratio praeuia requisita est bona vel mala. ergo non potest haberi iudicium quin sit aliquis actus voluntatis praeuius. sed non est possibile quod talis secundum hanc opinionem sit bonus: quia si est praeuius et precedens omne iudicium / non regulatur iudicio prudentiali actuali. ideo oportet de necessitate quod ante omnem actum bonum precedat actus voluntatis non bonus. et hoc conceditur. et talis actus si sit indeliberatus / nec est bonus / nec malus. Et si teneatur quod ad puram deliberationem sufficit simplex apprehensio / ut tenet Scotus: talis est indifferens: quia non habet omnes circumstantias requisitas ad bonum actum. Contra: ex hoc modo dicendi sequitur quod rusticus raro bene ageret. Patet / quia raro format talia iudicia. Dico quod immo frequenter iudicat. nam viso paupere iudicat quod est ei danda elemosyna. [Optima est haec difficultas: et videtur quod obligemur ad actum indifferentem: quia obligamur ad actum prudentialem. secundum Gregorium argumentum esset maioris ponderis: nisi dicat quod simplex apprehensio sufficit ad bene agendum.] ¶ **Alia difficultas.** Dictum est quod sufficit conformitas ad iudicium practicum verum actuale ad hoc quod actus sit bonus. Jam queritur utrum hoc sufficiat quod in intellectu sit tale iudicium / et quod in voluntate sit actus conformis illi iudicio / siue secundum quod illud iudicium dictat: ita quod sufficiat assistentia illius iudicij: vel requiratur quod tale iudicium sit partiale obiectum illius actus concurrentis ad illum actum partialiter producendum? hoc iam determinatum est / ubi questum fuit an ad actum bonum moraliter requiratur quod talis actus habeat dictamen prudentiale per obiectum. Dicit Ockham quod requiritur quod sit efficientia: imo dicit quod sit obiectum partiale actus: ita quod sicut non sufficit facere ignoranter / sed requiritur quod fiat ex ignorantia ad hoc quod actus excusetur: pariforma ut operatio sit bona / non sufficit quod fiat scienter ab operante: sed requiritur quod fiat scienter et ex scientia: ideo non sufficit assistentia circumstantiarum. Scotus vero dicit quod sufficit assistentia illius prudentie actualis: quod credo probabilius.

Aditio.

¶ De voluntate an possit ferri in oppositum illius quod est dictatum a recta ratione. Cap. iij.

De potestate



Sum est quō est necessaria prudentia actualis ad bene moraliter agendū. queritur nunc vtrū ad verum dictamen prudentiale necessario consequat̄ ipsum bene operari moraliter / hoc est vtrū possit esse vera prudentia in intellectu / nō posito in voluntate actus et loquimur

hic de prudentia actuali. Circa hoc sūt varie opiniōes. Una est sancti Thome in prima secūde. q. lxxvij. et Buridani in septimo ethicorū. q̄rit em̄ ipse Buridanus vtrum voluntas possit ferri in oppositū illius quod est dictatum per rectā rationē. Ad quam questionem respōdet per aliqua dicta. Primū. Voluntas non potest ferri in obiectū vt voluntas nisi iudicet intellectus illud esse bonū secundum rationē vniuersalem boni / vel secundum rationē particularē bonitatis / puta delectabilis v̄ utilis vel honesti. hāc sententiā tenet Adā in prima distinctiōe p̄mi / q̄ ex simplici apprehensione voluntas vt voluntas non potest ferri in obiectū: et quēcumq; actū habet ex simplici apprehensione / talis est naturalis. [hoc est contra cōmunē doctrinam Scoti / dicēt̄ q̄ ex simplici apprehensiōe intellectuali cōtingit peccare mortaliter. patet. stat habere temp̄ ad deliberādū / et nō deliberare / et extūc exire in actū: qui a malitia excusari nō potest.] ¶ Secūdū dictū: Quāuis sit iudicatum bonum in se / et non sit iudicatum bonum sibi / voluntas nō necessario fertur ī illud. dat duo exempla. Primū. latro iudicat iustitiam bonā et iudicem bonum: sed qz non iudicat iustitiam fieri / esse sibi bonum / ideo nō amat iudicē neq; iustitiam. Aliud exemplū ē de demone. ¶ Tertiū dictū. Quāuis intellectus iudicet obiectū esse sibi bonū / sed iudicat precise esse sibi bonum secūdū vnā rationem bonitatis / et nō secundum omnem: vel solū iudicat sibi vtile v̄ delectabile: non necessario tunc voluntas fertur in illud obiectū. patet: qz tūc ad nihil deseruiret libertas voluntatis: ideo esset potētia pure naturalis / sicut sēsus. nā si ad omne iudicium ostēdēs aliquid esse bonū alicui / voluntas necessitarē ad illud: ipsa nō esset libera. ¶ Quartū dictū. Si obiectū iudicet̄ solum secundum rationē vniuersalem bonitatis / et nō secundum aliquā rationem particularem: non necessario sequitur operatio in voluntate / seu voluntas nō necessario fert̄ in illud vt ostenditur esse bonū / non tamen ratione boni honesti / utilis v̄ delectabilis. Probat ipse buridanus: qz ratio particularis plus mouet q̄ vniuersalis. sed particularis ratio boni non necessitat voluntatē vt dicit dictū tertiu: igitur a fortiori nec sola ratio vniuersalis ipsius boni necessitat voluntatem vt feratur in illud. ¶ Quintū dictum. Quādo intellectus iudicat obiectū esse

Additio.

bonum secundū oimodam rationē bonitatis etiam in speciali / nō certitudinaliter / s; opinatiue : adhuc volūtas nō necessario fertur in illud / sed potest discutere vt efficiat cert^o. hoc est / si iudicat illud esse bonū secundū vniuersalē rationē bonitatis pariter ⁊ particularē / scilicet q̄ sit honestum vtile ⁊ delectabile / cū hoc tamē dubitat an ita sit : nō necessario fertur volūtas in obiectū sic sub dubio ostēsum. ¶ Ultimum dictū in quo iacet tota difficultas. Quādo cūq; intellect^o certitudinaliter et sine dubio aliquo iudicat aliquod obiectū esse bonū secundū omnimodā rationem bonitatis tā in vniuersali q̄ in particulari / ⁊ nullā inuenit rationē malī / s; iudicat illud esse simpliciter bonū / et similiter secundū oēm rationē esse bonum / ⁊ nullo modo malum : tunc voluntas non potest non ferri in illud obiectum. ⁊ in isto satis concordat ipse buridanus cū sancto Thoma. ⁊ ista est ppositio Buridani / q̄ si intellect^o iudicet de tali obiecto certitudinaliter q̄ sit bonū secundū omnimodā rationē bonitatis tam in particulari q̄ in vniuersali / ⁊ nullā reperit rationē malitīe : ad tale dictamē necessario sequit̄ bene operari in ipsa volūtate. ⁊ hoc expresse dicit sanct^o Thomas. tamē aliqui volūt eū glosare : imo ipsemet. j. secunde. q. x. articulo sc̄do ait q̄ volūtas necessitatur ad specificationē actus / nō tamen ad exercitium actus / sic scilicet q̄ nō necessario habet actū / seu q̄ nō necessario vult illud / s; pōt non velle illud / ⁊ suspēdere actū suum circa illud : tamē nō potest nolle illud : ⁊ ideo necessitatur ad nō nolēdū / ⁊ hoc ē necessitari ad specificationē actus. Buridanus enī pbat suum dictum / qz dicit q̄ vnus quisq; experit̄ in se q̄ quādo videt ⁊ iudicat aliquid esse simpliciter ⁊ sc̄dm omnem rationem bonum sibi / ⁊ nullo modo esse malū nec sibi nec alteri : nō potest non velle illud. Item vt in tertio pbauit / quando presentantur p̄ intellectū volūtati duo bona : voluntas nō potest velle min^o relicto maiori bono . igitur illud quod ostēdit̄ ei simpliciter ⁊ maxime bonū ⁊ nullo modo malū / necessitabit eam ad illud volendū. ¶ Item voluntas necessario fert̄ in finē in particulari sibi ostensum : igit̄ ostensio melioris finis necessitat voluntatem ad omittendū minus bonū finem : ⁊ simpliciter et summe bonus finis necessitat simpliciter eā. ⁊ hec est sentētia buridani quā cepit etiam a sancto thoma. ¶ Sed Ockā ipugnat hāc opinionē : ⁊ p̄mo notat q̄

Quatuor modis capitur prudentia.

quatuor modis capitur prudentia. Uno modo p̄ notitia directiua operatiōis / siue talis notitia sit vniuersalis / siue particularis : siue acquisita p̄ disciplinā / siue p̄ experiētīā. Exēplū. hoc iudiciū / bñfactori benefaciēdū est / est prudentia. oīs iracundus est per dulcia verba mitigandus / istud iudiciū potest

De potestate

Prima p
positio.

haberi per experiētiā: primum vero per doctrinam & ex
periētiā. Alio modo capitur prudētia pro notitia partis
culari alicuius particularis operatiōis directiua sumpta
ex vniuersali notitia seu ppositione cū vna minore singu
lari. exemplū: vt istud iudiciū / huic benefactori bñfacien
dum est / est prudētia ista modo: qz ex ista vniuersali / omni
benefactori bñfaciēdū est: cum ista particulari / iste ē be
nefactori / potest inferri illa. Tertio modo capit p notitia
particulari directiua alicui⁹ operatiōis particularis / siue
habeatur per experiētiā / siue per disciplinam: vt ista: hic
fracūdus lenibus verbis est mitigād⁹: potest haberi vtro
qz modo. Quarto modo capitur p aggregato ex omnib⁹
notitijs tam vniuersalib⁹ qz particularib⁹ directiuis ope
rationum humanarum. i. pertinētib⁹ ad vitam humanā.
Tunc nititur probare contra sanctū Thomam / q non sit
vnica prudētia omnium humanarum operatiōnū: qz cum
prudētia vnus stat error alterius / vt cum prudentia casti
tatis stat error temperātie vel iustitie: igitur nō est eadē
prudētia vtrāqz virtutē dirigens. ¶ His suppositis ponit
aliquas ppositiones. Prima est p ipugnatione opinionis
precedētis. Ad prudentiā primo modo dictā non necessa
rio sequitur operari virtuose & cōformiter ad illam. proba
tur primo: qz quodocunqz est aliquis actus qui necessa
rio necessitate naturali sequitur ad illū cui cōformat / nō
ē pmo laudabilis / s; solū secūdario ppter laudationē act⁹
pmi: igit act⁹ volūtatis nō erit pmo laudabilis si necessario
sequat ad actū itellect⁹: sed pmo laudabilis esset act⁹ itel
lectus. & hoc ē ptra vltimū dictū Buridani. & eandē rōnē
sumebam⁹ ad impugnandū sanctum Thomā de suo pre
cipere deducto ab actu iudiciādi. Unde si act⁹ volūtatis
qui cōformatur dictamini prudētiali intellectus / necessa
rio seqtur ad illud dictamē / hoc ē si ad illud iudiciū q ius
dicatur hoc esse bonū / necessario sequat electio in volū
tate: talis electio nō est pmo laudabilis. s. laudabilitate p
pā. s; hoc ē falsū / imo alias exterior act⁹ adderet bonitatē
vel malitiā super interiorē / quod nō est verum. Nam quā
docunqz sunt duo act⁹ / & ad primum necessario seqtur se
cundus / ille secūdus nō est immediate in potestate volū
tatis / neq; immediate liber / s; libertate prioris. ppterea act⁹
exterior est omnino pure naturalis in se. similiter actus se
fitiui sunt pure naturales in se / quibus sint liberi antecede
ter / seu in sua causa. sed si ad istud dictamen necessario se
quat illa volitio: talis erit in se pure naturalis: qd ē falsū:
quia oporteret pcedere q operatiōes intellectus sunt per
prius in potestate volūtatis q operationes ipsi⁹ volunta
tis. Ideo ad prudētiā primo modo actualē nō necessa

rro sequitur recta electio in voluntate. ideo satis impugna-
 tur vltimū dictū Buridani & thome. ¶ Secūda ppositio.
 Ad prudentiā aut secundo modo aut tertio modo dictā
 non necessario sequitur operari virtuose in voluntate. hoc
 est/ ad notitiā singularem directiuam particularis opera-
 tionis/ siue habeatur per disciplinā/ siue per experiētiā/
 non necessario sequitur electio voluntatis. cōformis illi pru-
 dētie. Probat ut prius: & in sola ista ppositione cōtradi-
 cit sancto Thome/ & nō in prima: qz sanctus Thomas di-
 cit q voluntas necessario se cōformat dictamini prudenti-
 tiali in particulari. & dicit q non necessitatur ad cōformā-
 dum se prudētie vniuersali: et ideo cōuenit cum Ockā in
 prima ppositione/ sed nō in scōa in qua dicit q nullo mo-
 do necessitat a particulari. Et ad auctoritatē Ari. omnis
 malus ignorās. & formatur sic argumentū. Non potest esse
 malū in voluntate quin sit error in intellectu: igitur nec po-
 test esse bonū in voluntate quin sit prudētia in intellectu.
 igitur nullus potest se difformare prudētie. ergo si habeat
 perfectā prudentiā/ erit perfecta electio. Nam dicit san-
 ctus Thomas q prudentia nō solū importat notitiā vni-
 uersalē/ sed etiam particularē: ideo nō potest eē mala ele-
 ctio quin sit error in particulari: ideo dicit: oīs malus igno-
 rans. Ad istud argumentū quādo cōcederetur/ solū pbat
 q non necessitatur ad specificationē actus/ non tamē ad
 actū: hoc est/ solū probat q stante prudentia necessitatur
 voluntas ad non volendū cōtrarium/ vel ad non nolendum
 cōtra illā. ideo non pbat quin possit se suspēdere ab actu
 conformi/ ita q remaneret libertas ad min⁹ ptradictiōis.
 et nō pbat qn ad min⁹ stāte prudētia possit peccare pctō
 omissiōis: inmo dico q etiā peccato trāsgressiōis. Ideo
 ad argumētū (dato q non pbat oīno intentū) rñdet negā-
 do añs/ inmo stāte prudētia siue prudētiali dictamie de
 aliq obiecto/ stat mala electio de eodē. et auctoritatē ex-
 ponit Ockā in quarto/ q oīs malus ignorās/ ialtē dispositi-
 tiue: qz oīs talis hz dispositionem quā si cōtinuet/ incidet
 ī multas ignorātiās & errores/ qz malitia hoīs excecāt in-
 tellectum. nō tñ opz q semper sit excecatio seu error tūc.
 Sz ē difficultas supposito q sit tale iudiciū in intellectu/
 sicut ponit Buridan⁹ in vltio dicto/ an stet nolitio illi⁹ ob-
 iecti/ hoc ē an voluntas possit hēre nolle oppositū. videt q
 nō/ qz voluntas non pōt ferri nisi in bonū. igit cū hoc sit iu-
 dicatū bonū/ sequit q nō pōt nolle illud. Rñdet cōiter oēs
 antiqui q nō: qz voluntas nō pōt nolle aliquid nisi sub rōne
 mali: hoc est/ nō pōt nolle obiectū in quo nulla apparet rō
 malitie/ neqz velle obiectū in q nulla apparet rō bonitatē.
 et ista est cōmunis opinio. tñ dicit Ockam in fine tertij

Secūda
 ppositio.

De tribus virtutibus

¶ potest nolle isto stante. et quando dicitur ¶ nullus potest aliquid nolle nisi sub ratione mali / et non potest aliquid velle nisi sub ratione boni: exponit ¶ intelligitur ¶ nihil potest velle nisi sub ratione volubilitatis / et nihil potest nolle nisi sub ratione nolubilitatis: et dicit ¶ ratio volubilitatis et nolubilitatis est ens: ideo potest illud nolle sub ratione entis: licet de facto nulla ratio mali appareat in illo. Et hec dicta de prudentia et actu eius sufficiat. [Sed questio est bona an deo possit diligi a nobis secundum unam rationem / et secundum aliam odiri. Et hoc apparet verum / sicut eiusdem obiecti habetur scientia et opinio per diversa media.]

¶ De tribus virtutibus moralibus: iustitia: fortitudine / et temperantia: et de obiectis earundem. La. v.



¶ Am videndum est de virtutibus moralibus: et prima difficultas de virtutibus moralibus quantum ad obiectum est: utrum scilicet inter virtutes morales sint aliquae que habeant precise passionem pro obiecto / aliquae operationem precise pro obiecto. pro cuius declaratione notandum secundum Tho. ¶ virtus nihil aliud est quam habitus faciens vel inclinans hominem ut bene se habeat. et aliquae bene se habere / dupliciter intelligitur. vno modo in ordine ad se. alio modo in ordine ad alterum: vtz per operationes in ordine ad alterum: ut sunt venditiones / emptiones / commutationes etc. Sed in ordine ad se homo bene se habet quando appetitus eius subiugatur et subijcitur rationi: et hoc non fit nisi per repressionem passionum. ideo dicit ¶ iustitia per quam homo bene se habet in ordine ad alterum / est circa operationem: sed alie due virtutes / scilicet fortitudo et temperantia / per quas bene se habet homo ad seipsum / sunt circa passiones. ideo dicit ¶ est vna virtus moralis: scilicet iustitia / que habet precise operationem pro obiecto. Alie due / scilicet fortitudo et temperantia / habent passiones pro obiecto / hoc est pro materia. et hoc videtur satis conforme dictis Ari. et philosophorum dicentium temperantiam consistere circa delectationes gustus et tactus / et fortitudinem circa timores et audacias / que sunt passiones. huic sententie adversatur Martinus / ut apparet in prima questione de fortitudine / in qua nititur probare ¶ fortitudo et temperantia sunt eque bene circa operationes sicut ipsa iustitia. Rationes multas adducit: quarum principalis est / velle aggredi pro defensione reipublice / et nihil aliud volendo / est operatio spectans ad fortitudinem: tale velle non habet timorem pro obiecto / immo forte talis qui habet talem volitionem / non cogitat de timore vel de audacia / immo habet solum illud velle. tunc arguitur sic / hoc velle est

Diuis. Tho. tenet ¶ iustitia hz principia hter operationem ¶ obiecto hz hie dicit ¶ passiones. ¶ arguuntur magis in co. hz dicit ¶ iustitia no hz precise operationes ¶ obiecto hz hie dicit ¶ passiones quod dicit Tho. no negat.

Ad ditio.

actus fortitudinis: ergo habitus ex illo genitus est ipsa fortitudo. sed talis habitus habet idem pro obiecto quod habet actus: ergo verus habitus fortitudinis est eque circa operationem sicut ipsa iustitia. Similiter velle comedere secundum quod recta ratio dicitur esse comedendum est actus temperantiae. tale velle nec habet delectationem gustus / neque tristitiam pro obiecto: sed habet solum ipsum comedere: ergo habitus genitus ex ipso habebit pro obiecto ipsam operationem exteriorem / et non ipsam passionem. ¶ Preterea si in aliquo nulla insurgat passio: penitus non est difficultas quin possit elicere volitionem de aggreddo vel expectando vel comedendo conformiter ad dictam rectum: ergo in isto poterit generari una virtus temperantiae vel fortitudinis non habens passionem pro obiecto. Ideo videtur mihi dicendum quod aliqua temperantia habet passionem pro obiecto / aliqua habet operationem / et aliqua habet utrumque: scilicet temperantiam quae operationem. Similiter aliqua fortitudo habet operationem duntaxat pro obiecto / aliqua passionem / aliqua utrumque. Primum patet de fortitudine in illo qui non reflectit se ad timorem vel audaciam: sed solum vult aggredi aut expectare. Secundum patet de illo qui reflectit se ad suas passiones / puta timorem vel audaciam / et vult reprimere sensualitatem vel passionem naturalem. id est naturaliter causatam. talis enim volitio terminatur solum ad illam passionem. Sed si sit talis qui velit non obstante timore aggredi vel expectare: non est difficultas quin talis volitio habet operationem / id est aggressum vel expectationem pro obiecto: similiter habet passionem pro obiecto. ergo aliqua fortitudo habet utrumque pro obiecto saltem partiali. ¶ Quantum ad iustitiam apparet quod aliquando habere potest passionem pro obiecto: ut potest esse passio insurgens inclinans ad non reddendum alicui quod suum est / ut est amor pecuniae. volitio conformiter elicitur qua volo reddere isti suam pecuniam non obstante tali passione / habet passionem pro obiecto: et ista volitio est actus simpliciter et adequate pertinens ad iustitiam. ergo aliquis actus iustitiae habet passionem pro obiecto saltem partiali. et per consequens non distinguitur ab invicem iustitia et alie due morales penes hoc quod habeant passionem precise pro obiecto / et ipsa habeat precise operationem. ¶ Aduertendum est quod dicimus omnem virtutem esse circa difficile: sed non videtur verum: quia operationes circa quas versatur iustitia et temperantia / non sunt difficiles. Dico quod virtutem esse circa difficile / dupliciter intelligitur. Uno modo circa difficile: hoc est quod difficile sit exercere tales operationes. Alio modo circa difficile: id est circa obiectum circa quod difficile est inuenire medium. Unde iustitia est circa difficile secundo modo. Quis enim non sit difficile mercari / est tamen difficile inuenire medium rationis videndo et emendo. sed difficultas in obiectis

Dupliciter
virtus est
circa dif-
ficile.

De tribus virtutibus moralibus.

aliarum virtutum / scilicet fortitudinis et temperantie / non consistit in hoc quod sit difficile reperire medium rationis : sed difficultas illarum est quia est difficile exercere tales operationes. Similiter potest accidere quod timor mortis retrahat ab aggressu. Preterea dicit sanctus Thomas quod iste passiones retrahunt in quantum passiones / et non ratione obiecti : sed aliquae passiones circa materiam iustitiae possunt retrahere ex parte obiecti. Socrates dicitur quod non est comedendus iste cibus. non est difficultas abstinere ex parte operationis : sed difficultas est propter delectationem maiorem que reperitur in isto cibo / et non in alio : quia communiter puenit difficultas ex parte passionis ne ponatur rectitudo in obiecto temperantie. Hinc dicit sanctus Thomas quod temperantia est circa passiones. et non est difficultas quin verum dicat : sed ut in pluribus non attenditur difficultas in operibus iustitiae ex parte passionis / sed difficultas ponendi rectitudinem est quia difficile est reperire medium rationis. ideo talis virtus non est circa passiones tanquam circa illud quod retrahit ne ponatur rectitudo in obiecto ipsius iustitiae : sed circa operationem ipsam. Et si hoc modo intelligatur verum dicit. [Adhuc non videtur sufficere talis distinctio illarum virtutum / quia difficilius inuenitur medium rationis circa materiam temperantie regularis quam circa restitutionem alieni : sed bene ponitur illa particula ut in pluribus : quia circa passiones due prime virtutes regulariter versantur : vel saltim ab eis capiunt difficultatem. secus est de iustitia.] ¶ Alia difficultas circa supradicta. Videtur quod in statu innocentie non fuissent virtutes. propter nulla insurrexisset passio difficultatis hominem circa materiam temperantie / puta ad comedendum quod non erat comedendum. Si nullus fuisset timor aut audacia : quia nulla fuisset belli pericula neque timoris obiecta. Si pro tali statu nulla fuisset difficultas in inveniendo medium rationis quantum ad iustitiam : quia ita intellectus illuminatus fuisset quod potuisset facile ista cognoscere. Dico quod pro tali statu non fuisset passio retrahens a bono : sed fuissent alie passiones / puta delectationes in cibo et potu et in generatione / sed non nisi moderate secundum rationis iudicium. ideo negatur ista consequentia / pro tali statu nulla insurrexisset passio retrahens ab illo quod fuisset dictatum a recta ratione : quod nulle fuissent virtutes morales : quia quod non fuissent tales passiones retrahentes / hoc non puenisset ex natura hominis / quia nata est concupiscentia suo convenienter : et ipsa voluntas ut ei concupiscentia naturaliter nata est concupiscentia. Nam ut ponatur opus virtutis / non oportet quod actu sit delectatio vel passio retrahens : sed sufficit quod possit esse aliqua passio in operatione nata retrahere ipsum ab operatione virtutis. Ut ergo operatio sit virtuosa / non oportet quod insurgat actu difficultas passionis retrahentis : sed sufficit quod sit circa obiectum circa quod quantum est

Aditio.

De subiecto virtutū moralium. Fo. xc.

ex natura agentis / pnt insurgere passiones retrahētes. et ideo si in illo statu non insurgebāt passiones / nō pueniebat ex hominis natura / s; ex dono dei gratuito. [Sed cōtra. si de^o pduceret creaturā q̄ taliter se haberet ad passiones sicut angel^o: posset tamē se exercere circa materiā tēperantie vel fortitudinis: tunc questio est quomodo saluaret act^o circa talia obiecta esse circa passiones / postq̄ ex natura rei nō sunt nate insurgere? / et videt q̄ oporteret tūc alit^r distiguere tales vtutes. hoc mō etiā videt q̄ saluaret q̄ i statu inocētie fuit act^o p̄tinētie q̄d^o : q̄d solet negari.]

Additio.

De subiecto virtutum moralium.

Capitulum sextum.

Vsum est de obiecto vtutū moralium: et q̄ vniū cuiusq; virtutis moralis indifferēter obiectū potest esse operatio vel passio. Jam cōsequenter querit de subiecto virtutū moralium / vtrū sint in ratiōe / vt in appetitu sensitiuo? Opinio sancti Thome prima secunde q̄stione q̄nquagesima sexta / articulis quarto et sexto / cōsistit in duob^o p̄ctis. Primū. Alique virtutes sunt ponende in appetitu sensitiuo. Secundū. Omnes virtutes morales que sunt ad seipsum / que scilicet inclināt ad bonū sibi: sūt in appetitu sensitiuo / vt sunt fortitudo et tēperantia: et omnes que sūt ad deum et proximum / vt iustitia / sunt in volūtate. Dicit enī in illo sexto articulo preallegato q̄ virtutes q̄ ordinant affectum hominis in deū vel in proximum / sunt in volūtate sicut in subiecto / vt charitas / iustitia et huiusmodi. sed ille q̄ ordināt ad bonū p̄prium ipsius volētis / sicut fortitudo et tēperantia / que sunt circa passiones / sunt subiective i appetitu sensitiuo. Patet primū dictum eius. Quando cūq; aliqua operatio procedit ab aliqua potētia secūdū q̄ mouetur ab altera potentia: vt operatio illa sit p̄fecta / oportet vtriusq; illarum potentiarum mouentis et mote esse perfectam. Unde in quarto articulo preallegato q̄rit sanct^o Thomas vtrū irascibilis et cōcupiscibilis possint esse subiectum virtutis? Respondet q̄ irascibilis et cōcupiscibilis dupliciter possunt cōsiderari. Uno modo secundum se inquantū partes appetitus sensitiuū: et hoc modo nō competit eis q̄ sint subiectū virtutis / quia huiusmodi vires sūt communes nobis et brutis. Alio modo cōsiderātur inquantū participāt rationem / et p̄ hoc q̄ sunt nate rationi obedire: et sic pnt esse subiectū virtutis humane. Quis enī i irascibili et cōcupiscibili sint aliquę virtutes / patet. actus enī qui progreditur ab vna potentia secundum q̄ est ab alia mota / nō potest esse perfectus nisi vtriusq; potentia sit bene disposita ad actum: sicut actus artificis non potest esse

De subiecto virtutū

se congruus nisi etiam artifex sit bene dispositus ad agendum / et etiam ipsum instrumentum : alias non operaretur operationem perfectam . sed ut iste operationes procedentes a potentia sensitiva secundum quod mouetur a potentia rationali / ut operationes fortitudinis et temperantie / sint perfecte : requiritur quod perficiatur et ratio et appetitus sensitivus . sed in ordine ad istam operationem non perficitur appetitus sensitivus nec ratio nisi per habitus virtuosos : ergo oportet de necessitate ponere in potentia sensitiva secundum quod est a ratione mota / habitus perficientes illam ad bene agendum : et non solum in ratione . Et quia bona dispositio potentie motae attenditur secundum conformitatem ad potentiam mouentem : ideo virtus (dicit sanctus Thomas) que est in irascibili et concupiscibili / nihil aliud est quam quedam habitualis conformitas istarum potentiarum ad rationem . ¶ Quam ad secundum dictum eius : dicit in articulo ultimo : quando aliqua potentia est ex se / id est ex propria ratione potentie sufficiens ad actum / non indiget habitu perficiente : sed quando ex se est insufficientis / iam indiget habitu perficiente . Unde quantum ad bonum proprium voluntas nostra est ex sua natura sufficiens : quia quilibet appetit bonum proprium . ideo quantum ad virtutes que respiciunt bonum proprium / non oportet illas ponere in voluntate / sed in appetitu sensitivo . sed appetitus sensitivus non est ex se sufficiens ad bonum rationis . igitur . Nam si quod bonum imminet homini volendum / quod excedat proportionem volentis siue quantum ad totam speciem humanam / sicut bonum divinum quod transcendit limites humane nature : siue quantum ad individuum / sicut bonum proximi : ibi voluntas indiget virtute . et ideo huiusmodi virtutes que ordinant affectum hominis in Deum vel in proximum / sunt in voluntate : ut dictum est . ¶ Unde voluntas non est ex ratione propria sufficiens ad bonum rationis circa deum vel proximum . ideo oportet in illa ponere habitus perficientes illam in ordine ad bonum rationis prout respicit deum et proximum . et sola iustitia est talis habitus . igitur . et sic sanctus Thomas iustitiam in voluntate : et ceteras duas ponit in appetitu sensitivo . Contra hoc arguitur . sequeretur quod in potentia sensitiva siue in organo corporeo esset ponenda virtus . patet consequentia . notum est quod ab ipsa virtute corporea / puta a potentia executiva / procedit operatio secundum quod mouetur ab ipsa ratione / ut datio elemosyne / ut ambulatio ad ecclesiam . sed in ratione sancti Thome . assumebatur / quando cum aliqua operatio procedit ab aliqua potentia secundum quod mouetur ab altera / oportet utraque illarum esse perfectam ad hoc quod operatio sit perfecta : quod cum ista ambulatio vel datio elemosyne procedat a potentia executiva secundum quod mota a ratione : necesse est utraque esse perfectam ut operatio sit perfecta . Ut sic format

argumētū. S. Tho. Dicit August. in libro de moribus ecclesie / q̄ virt⁹ non est in corpe: sed in aīa: eo q̄ aīa corp⁹ regit. Uñ q̄ aliquis corpe bñvrat / totū referē ad aīam: sicut si mihi auriga obtēperās equos q̄bus p̄est / recte regit: hoc totū mihi debet. s̄ sicut aīa regit corp⁹: ita etiā rō regit appetitū sensitivū. & totū rōnali parti debet q̄ irascibilis & concupiscibilis recte regant. sed virtus est qua recte vivit: igit̄ virt⁹ nō est in irascibili & concupiscibili: sed solū in parte rationali. ¶ Ad hoc r̄ndet ip̄e q̄ alia rōne regit corpus ab aīa: & irascibilis & concupiscibilis a rōne. corpus enī ad nutū obedit anime absq̄ cōtradictione in his in q̄bus natū est ab aīa moveri. Ideo ph̄s primo politicoz dicit q̄ aīa regit corp⁹ principatu despotico: sicut dñs servū. ideo totus motus corporis referē ad animā: & p̄pter hoc in corpore nō est virtus / sed solū in aīa. sed irascibilis & concupiscibilis non obediūt ad nutū rationi / sed habēt p̄prios motus suos quib⁹ interdū rationi repugnant. Unde in eodem libro philosophus dicit q̄ ratio regit irascibile & concupiscibile principatu politico / quo sc̄z regūtur liberi qui habēt in aliquibus propriā virtutē. & p̄pter hoc etiam oportet in irascibili & concupiscibili esse aliquas virtutes quib⁹ bene disponant̄ ad actū. hec Thom̄. Ideo vbi vna potētia operatur secundū q̄ mota ab altera: et pōt resistere potentie mouenti: oportet ponere virtutē in vtraq̄. sed quādo omnino obedit / et non potest resistere imperio superioris potentie mouentis: non oportet ponere virtutem in vtraq̄ / sed solum in potentia mouente / & non in mota. Ockam in tertio qōne de cūma nitit̄ hoc impugnare: et ponit aliqua dicta. Primū / in quo cōcordat cum Tho. est: In sensu est ponendus habitus. Secundū: Ille habitus non est p̄prie virtus. Tertiū: In voluntate est ponendus habitus respectu omniū respectu quorū est ponendus in sensu. et istud tertiū dictum et secundū sunt cōtra sanctum Thomam. Quartum / Solus ille habitus est proprie virtus. ¶ Primū dictū p̄bat. quādo aliqua potentia sic se habet q̄ ante frequentationē actuum difficulter exibat in illos / & facile in cōtrarios / & post frequentationē facile exiit: in tali est ponendus habitus determinans illam potentiā. sed ipse sensus ante frequentationē actuum difficulter exibat in aliquos actus / & faciliter in cōtrarios / & postea faciliter. Patet. qñ aliquis est solum continens: anteq̄ sit temperatus / habet actus voluntatis quibus respuit obiectū intēperantie / et actus cōcupiscentie: et per frequentationē actū per imperiū volūtatis superat illa cōcupiscentia in sensualitate / & p̄ducit tandē actus quo respuebat per imperiū voluntatis obiectū intēperantie. Tūc arguitur sic / post frequen-

De subiecto virtutū moralium.

rationē istoz actū respuitiuoz quos habet continens cō
difficultate: postea facile erit potentia sensualis in illos a-
ctus: qz presentato obiecto intēperātie/ respuet sensus fla-
ne magna ptrapugnatiōe. ergo post frequētationē actū
facile erit sensus: z difficulter ante eribat. et ista est tota z
precipua ratio Ockam ppter quam ponit habitus in sen-
sualitate. Alia rō/ caro cōcupiscit aduersus spm. i. concu-
piscit aliqd qd ratio respuit. ergo opz de necessitate pone
re habitū in sensu/ z alterū in appetitu rōnali respuitiuo.
Similiter ecōtrario stat voluntatē: aliquid appetere: z sen-
sum respuere illud: z voluntas post illam respuitiōē sen-
sualē facile erit/ z ante difficulter eribat. g signū est q in
sensu ē habit⁹ sicut in ipsa volūtate. Diceret aliqs: in potē-
tia pure naturali non ponit habit⁹: sed sensus est potētia
pure naturalis. igit. Dico q sensus in se est potentia pure
naturalis/ z libera p participationē: sicut etiā intellectus
dicit potētia libera per participationē: sed intellectus in-
cōstū intellect⁹ est potētia pure naturalis. Unde in illa po-
tētia pure naturali. i. que precise determinat ad vnū actū
siue ad vnā operationē/ nō ponit habit⁹: sed in alijs pure
naturalib⁹ in se/ z liberis p participationē/ que nō determi-
nant precise ad vnā opationē/ pōt poni habit⁹: z de facto
ponit: vt in intellectu z sensu. [Nō intelligo quō imagina-
ris q in intellectu nō sit ponēdus habitus incōstū intelle-
ctus: qz alias non esset aliqs habitus sciētificus v' opinati-
uus/ postq est pductiuus illoz incōstū intellect⁹: ex quo nō
requirit cōcursum volūtatis ad taliū effectū pductionē.
nec valet dicere q requirit cōcursum volūtatis antecede-
ter: vel saltē q voluntas posset impedire ne pducant effe-
ctus/ diuertēdo a causa: qz sic esset dicendū q oēs effect⁹
intellect⁹ essēt participatiue liberi: z sic de actu appetit⁹
sensitiui. z hoc apparet dicēdū. forte diceres/ respectu sciē-
tie intellect⁹ nō est determinat⁹ ad vnū: qz pōt in opposi-
tū/ scz in opinionē: sed secus est de apprehēsiōe simplici
que non habet ptrariū. nec sufficit q pōt in oppositū pri-
uatiue: qz alias lapis non posset in oppositum descensus.
Quicqd sit/ mihi videt q satis est q ille potētie possunt in
oppositū priuatiue ex libertate alterius potentie cui sub-
dunt naturaliter: secus est de lapide.] [Secundū dictū
pbat/ scz q habitus positus in sensu non est pprie virtus.
Patet sic. act⁹ sensitiuus nō est pprie virtus: ergo nec ha-
bitus. Patet cōsequētia. habitus non dicit virtus nisi pro-
pter actū ad quē inclināt/ immo tota ratio quare habit⁹
dicit virtus/ est qz inclināt ad actum. antecedens patet.
actus sensitiuus nō est pprie liber: sed scdm q imperatur
a voluntate: ergo non est pprie actus virtutis: quia de

Additio.

De conexione virtu. moralium. Fo. xcij.

ratione actus virtutis est qd sit libere elicitus: et quanto magis libere | tanto magis accedit ad virtutem. Preterea actus sensitivus manens idē | successiue potest esse bonus et malus secundum qd a diuersis volitionibus imperatur: et semper est idem actus imperatus in sensu: quemadmodum est idem actus eundem ad ecclesiam | a quacunque volitione imperetur. Item est inuariatus: ergo non est secundum se bonus. Quauis ergo in sensu sit ponendus habitus: ille tamen non est proprie virtus propter habitum voluntatis. et ista ratio sufficienter probat qd non est proprie habitus virtuosus in sensu. Tertium dictum probatur sic. respectu omnium respectu quorum ponitur habitus in sensu | voluntas est indeterminata: qd scilicet potest velle illa vel nolle: quia respectu omnium obiectorum sensitivorum est indeterminata ad volendum illa vel nolendum: potest enim in istum actum | et in contrarium. Tunc arguitur sic: omnis potentia indeterminata ad aliquos actus | ex frequentē elicitatione acquirit habitum determinate inclinante illam ad illos. sed voluntas respectu omnium respectu quorum ponitur habitus in sensu | est indeterminata quantum ad exercitium et specificationem actus: ergo causabitur in voluntate habitus inclinans illam ad alterum illorum obiectorum. et non video magnam apparentiam in oppositum: vt presentato obiecto fortitudinis vult aggredi: et potest nolle aggredi. ergo voluntas est indeterminata ad alterum istorum: et ex frequentivo litione aggrediendi causatur habitus determinans ipsam ad aggressum. et ista est tota ratio quare ponitur habitus in potentia: quia est indeterminata | et per frequentationem actuum determinatur. Quartum dictum probatur: qd scilicet solus habitus voluntatis est proprie virtus. Patet | solus actus est proprie virtuosus qui est immediate liber: ergo solus ille habitus est proprie virtus. fatetur ergo Ockam cum sancto Thoma. qd in sensu est ponendus habitus: et est magna apparentia ad hoc. sed qd talis habitus in sensu non habeat habitum sibi respondente in voluntate | falsum est: et qd talis habitus in sensu existens sit proprie virtus | etiam hoc est falsum contra S. Thomam. [Placet optime sententia Ockam: sed videtur qd superaddendum est scilicet qd sit ponendus habitus in potentia executiua | sicut in potentia sensitiva: quia experimur qd ex actu citharizandi generatur habitus in digitis. quare ergo non ponitur habitus in illis?]

Additio.



[De conexione virtutum moralium. Cap. vii. Iste est de subiecto virtutum moralium: et allegata est opinio S. Thome. que consistebat in duobus. Primum qd aliquę virtutes morales sunt in sensualitate. id est in potentia sensitiva. Secundum qd virtutes morales que sunt in sensualitate | non habent virtutem morale rñdētē in illis.]

De conexione virtutū

Virtus capi-
tur du-
pliciter.

in voluntate: et que sunt in voluntate / nō habēt moralē respō-
dētē in parte sensitiva. et determinat q̄ virtutes ad se. i. q̄
respiciunt bonū sibi habētī / vt fortitudo et tēperātia / sunt
in parte sensitiva: s; virtutes ad alterū / vt iustitia / sunt in
appetitu rationali. ¶ Consequēter videndū est de conne-
xione virtutū: vtrū necessario sese concomitent: hoc est si
vna ponatur / de necessitate cetera ponant. ¶ Quātū ad
hāc questionē potest esse triplex difficultas / vt cōmuniter
dicūt doctores. Primo de virtutib⁹ theologis / an sint ne-
cessario cōnere. ¶ Secūdo de moralib⁹ / an oēs virtutes mo-
rales sint adinuicē cōnere. Tertio / an ille virtutes mora-
les necessario cōnectant cū prudētia: et prudētia necessa-
rio cōnectatur cū eis. Quantū ad tertiū dictū est prius qm̄
quereretur vtrū ad bene agendū moraliter / necessario re-
quirat dictamē prudētialem: et p̄pterea nihil ad p̄ns. Quā-
tū etiā ad primū de theologis / an necessario cōnectant:
Scotus dicit duo. Primū / q̄ necessario cōnectūtur quo ad
infusionē. nā de lege non potest infundi vna sine alijs. Se-
cundū / de lege non necessario cōnectūtur cōtū ad conser-
uationē. Rō Scoti p̄ p̄mo dicto eius est. Quē deus sanat /
perfecte sanat. s; virtutib⁹ theologis sanat anima. ergo
nō infundit vnā sine reliquis. Quantū ad scōm: ille qui
peccat mortaliter / perdit charitatē: et nō perdit fidē. ergo
potest vna p̄seruari sine alijs. Venio nūc ad scōm / an mora-
les sint adinuicē cōnere / vtputa an possit esse vera prudē-
tia sine iustitia / fortitudine et temperantia: et e contrario
vera fortitudo sine prudētia et ceteris. Quantū ad hoc est
multiplex modus dicēdi. S. Tho. in p̄ma. ij. q. lxxv. dicit q̄
sunt necessario adinuicē cōnere: et dicit q̄ virtus capitur
dupliciter. Uno modo p̄ oī inclinatio ad aliquā opatio-
nē virtutis: siue talis inclinatio sit in nobis a natura / siue
ex assuetudine. et hoc mō accipiēdo virtutes morales / nō
sunt cōnere. Et etiā isto modo virtutes quas Ari. vocat cō-
genitas / sunt virtutes: et tales non sunt cōnere. Videm⁹ em̄
aliquē inclinātū ad tēperate viuendū / qui est inclinatus
ad aliud vitiiū / puta furtū. Similiter videm⁹ aliquē ex na-
turali cōplexione vel ex aliqua p̄suetudine esse p̄optū ad
opera liberalitatis / qui tñ non est p̄optus ad opera casti-
tatis. ¶ Alio modo capit virtus moralis p̄ inclinatio ad
perfecte bene agēdū / ex assuetudine acquisito. Perfecta
sūt virtus moralis (ait) est habitus inclinās ad bonū opus
bene agēdum. et sic accipiēdo virtutes morales / dicendū
est eas eē cōexas. Un̄. S. Tho. capit duas ratioēs ad hoc
p̄bandū. Prima. Quando cūq; est aliqd̄ vnum tertium qd̄
cōnectitur cū aliquib⁹ alijs: tūc quodlibet illoz quib⁹ cōne-
ctitur / etiā cū illo tertio cōnectit: et illa alia necessario cō-

nectuntur adinuicē. s; sic est q; morales virtutes pnectunt
 cū prudētia / 2 prudentia cū qualibet morali: ergo virtutes
 morales pnectunt adinuicē. Quis autē virtutes connectant
 cū prudētia / notum est: q; nō possunt esse sine prudētia. et
 prudētia cōnectit cū qualibet morali. patet p philosophū
 in sexto ethicozū: vbi dicit q; nō potest esse prudētia quin
 sint ceterę virtutes. ergo ille virtutes cōnectuntur cū ali-
 quo / 2 illud aliqd pnectitur cū qualibet ipsaz virtutū mo-
 raliū. 2 hec est potissima ratio. S. Tho. ad hoc suadendū.
 ¶ Contra hoc sunt magne apparētie ad oppositum: 2 pri-
 mū fundamentū qd assumit / videtur falsum: vcz q; sit vna
 prudentia q; sit directiua oīm virtutū moraliū: q; sunt plu-
 res et diuerse prudētie que dirigūt virtutes morales: vna
 fortitudinē: altera iustitiam: altera tēperatiā. igitur non
 dabis vnā prudentiā que pnectitur cū illis. alias satis pro-
 batū est scdm Ockā q; stat errare circa materiā vnius vir-
 tutis / 2 recte agere circa materiā alterius. S; sic est q; ha-
 bitus inclinās ad bene dictandum circa materiā iustitie /
 non stat cū habitu inclināte ad male dictandū circa idē:
 et tamē stat cū habitu ad male dictandū circa materiā tē-
 perantie. igitur ille habitus qui inclinat ad bene dictandū
 circa tēperantiam / differt ab illo / 2 specie: nā sunt obiecta
 specie differētia: ergo et habitus acquisiti. ideo falsum est q;
 sit vna prudētia directiua omniū virtutū moraliū / nisi ca-
 piatur prudētia collectiue. ¶ Quātū ad scdm: quis esset
 vna prudētia / adhuc nō necessario pnecteretur cū virtutū
 bus moralibus. Patet: stat plene iudicare intellectū: 2 ta-
 mē volūtas nō necessario se cōformat illi pleno dictamini:
 immo pōt se difformare. 2 stat hoc frequēter iterare. ergo
 stat habitū prudentialē generari / et nullū habitū morale
 generari. ideo ratio sua nō est apparēs quādo dicit: quā-
 docunq; aliqua cōnectuntur cū aliquo tertio 2c. q; assumit
 vnum multū dubiū. ¶ Argumentū apparens contra hęc
 opinionē / qd cōmuniter fit. Aliqs potest frequēter elice-
 re actū tēperantie quib; ei nunq; occurrat materia fortitudi-
 nis bellice exercende / puta religioso in claustro degēti.
 ergo in ipso potest generari habitus tēperantie / nō genito
 habitu fortitudinis. P; 2 / potest se exercere circa materiā
 tēperantie: 2 refrenādo passiones inclinātes ad intēperā-
 tiā / generabitur habitus: et talis est perfecte virtus: quod
 patet. talis habitus inclinat perfecte ad tēperate viuendū
 delectabiliter / immobiliter / 2 scienter: ergo sequit q; talis
 habitus est perfecte virtus. ¶ Respondet cōiter q; nō faci-
 liter inclinat ad tēperate viuendū in omni euētū. sō non
 est perfecte virtus. P; 2 antecedēs: q; si tali p̄sentareť mors
 nisi cōsentiat intēperantie / puta libidini: rōne talis habitus

De cōnexionē virtutū moralīū.

Quare
virtutes
dicuntur
cōnere.

Grad⁹ he
roicus.

nō operabitur facilliter / immo tūc difficulter tēperate aget /
qz sibi est tunc difficile refrenare passiones circa obiectū
mortis / puta timorē. modo ad habitum esse virtutē requi-
ritur qd inclinet ad facilliter agendū in omni euentu: et nō
sufficit qd inclinet ad facilliter agendū nūc. sed si haberet
fortitudinē in tali casu / delectabiliter et facilliter operare-
tur: et exiret in actus tēperātie. ideo ille habitus tēperan-
tie si haberet fortitudinē annexam / esset perfecte virtus.
Unde apud hanc opinionē non ppter ea virtutes morales
dicuntur cōnere / qd requiratur certa intensio habitus que nō
potest haberi sine alijs virtutibus / ita qd minor intensio nō
dicatur virtus: qz talis intensio etiā si ponatur requiri sum-
ma / potest haberi per frequētissimā operationē et exerci-
tationē circa materiā vnius virtutis sine alijs virtutibus.
hoc est / vt habitus tēperātie sit virt⁹ / nō necessario requi-
ritur certa intensio que nō potest haberi sine habitu fortis-
tudinis vel iustitie: immo pōt acquiri tāta intensio in ha-
bitu tēperātie sine habitu fortitudinis / sicut cū habitu
fortitudinis: vt fortes in habitu tēperātie pōt puenire ad
summū illius habitus: et tñ ppter hoc talis habit⁹ nō dice-
retur virtus. Sz dicuntur cōnere / qz ad esse virtutis requiri-
tur qd talis habit⁹ in omni euētu faciat facilliter operari. et
nō stat qd habitus tēperātie in omni euētu faciat facilliter
operari: nisi sibi cōnectatur habit⁹ fortitudinis et iustitie:
ergo nō stat qd talis habitus sit virtus / nisi cōnectatur cū
altero habitu. ¶ Contra hanc solutionē sequitur qd nullus
habit⁹ esset virt⁹ nisi esset iā in gradu heroico / et nisi ha-
beret quēcūqz habitū cuiuscūqz virtutis in gradu heroico
secū. patet / nullus est habit⁹ faciēs facilliter operari in
omni euētu nisi sit in gradu heroico: ergo. patet antece-
dēs / quicūqz habit⁹ qui nō est in gradu heroico: si eueniat
casus excedens cōmunē hominū facultatem / nō faciet fa-
cilliter operari: qz si sic iā esset in gradu heroico: ergo apd
illā opinionē si ad esse virtutis requiritur qd supradictū est /
sequitur illatū: vtz qd nullus habitus est virtus nisi sit in
gradu heroico: et habeat secum habitus aliarū virtutum
etiā in gradu heroico cōstitutos. et nulla videtur apparen-
tia hoc concedere / saltē de tēperātia. Dico qd isti capiūt
differentem gradum heroicū a nobis. Unde dicunt qd gra-
dus heroicus nō est inclinare ad actū qui superat cōmu-
nem hominū facultatem: sed est ita se exercere circa pas-
siones vel aliquā materiā / qd nulle possunt omnino insur-
gere passiones / vel saltē notabiliter ad oppositū trahētes.
hoc est / gradus heroic⁹ scdm eos est gradus refrenatiuus
passionū supra cōmunem hominū facultatē. Unde primo
nō excedit cōmunē hominū facultatē / quādo insurgūt

De v. gradib. virtut. fm Decā. Fo. xciiij.

passiones / dissentire / et illis contradicere: quod pertinet ad gradum temperantie. nec secundo excedit communem facultatem hominum quando non insurgunt vehementes: hoc est ita se exercitare circa aliquam virtutem quod non insurgant passiones intellectum perturbantes vel quasi turbantes. sed ita se exercitare circa passiones quod nulle insurgant omnino / vel si insurgant ita parum aut nihil / hoc excedit communem facultatem hominum secundum eos: ideo dicitur gradus heroicus. Et resolutorie gradus heroicus non est insurgentibus passionibus quas vincere excedit communem hominum facultatem / illas excedere: licet hoc sit heroice agere et excellenter: sed est habitus cohibens omnes passiones / ita quod nulle insurgant / vel saltem quod non notabiliter insurgant. et sic non sequitur quod omnis virtus sit heroica. ¶ Unde pro maiori declaratione: si presentetur alicui mors nisi consentiat in libidinem: si insurgant passiones ad consentiendum / non habet habitum qui vocatur heroicus: quia illud nolle consentire actuale / sit heroice operari: sed talis habitus non esset heroicus / quia non refrenat passionem insurgentem notabiliter. Unde ut habitus dicatur virtus / non requiritur quod in omni euentu faciat quod nulla insurgat passio: sed quod in omni euentu non insurgat passio quam sit multum difficile superare: sed quod sit facile. ¶ Contra. ergo ad minus temperantia et fortitudo non sunt connexae cum iustitia / licet bene fortitudo et temperantia illo modo sint connexae. sequela probatur: quia illis habitibus non est dabilis casus in quo habitus iam habiti sine iustitia non inclinent ad faciliter operari circa materiam temperantie et fortitudinis sine iustitia: et quin faciliter in quocumque casu operetur. Dicunt ipsi communiter quod datur talis casus: scilicet quando virgini offeruntur maxima munera ut consentiat libidini: similiter quando forti offeruntur gradia munera ne subeat pericula belli: tunc sine iustitia esset istis valde difficile bene operari. sed perfecto si talis virgo sit temperata / et alter si sit fortis: facile erit eis non acceptare illa munera: ut notum est. Scotus in tertio xxxvi. distinctione hanc virtutum connexionem improbare nititur: sed rationes eius non sunt multum valide contra istum sensum quem dat sanctus Thomas.

De quinque gradibus virtutis
fm Decam. Capitulum viij.



Consequenter videndum est de gradibus virtutis quos ponit Decam in tertio questione. xij. Primus gradus est quando voluntas accipiat obiectum alicuius virtutis / exempli gratia in virtute temperantie: vel refugit obiectum

De quinque gradibus virtutis

intemperantie conformiter ad rectam rationem / quia honestum est / non referendo in finem supernaturalē / sed solum quia honestum est: non referendo in aliū finē nisi quia honestū est. Dicitur notanter / conformiter ad rectam rationem / quia isto primo modo non requirit reflexio dictaminis / puta quod sit conformiter ad rectam rationem / quia dictatū a ratione: sed sufficit habere hoc dictamen / hoc est faciendū vel respuēdum: et non requirit quia dictatū a recta ratione. ¶ Secundus gradus virtutis / ut puta temperantie / est actus quo acceptat tale obiectū conformiter ad rectam rationem / et cū hoc habetur vnum nolle quo nolo ab illo desistere per quacūque re / quod diu ratio recta dictabit non esse desistendū. et in isto secundo gradu nō est alia relatio preterquam honestū / sicut in primo gradu. nam in istis duobus primis gradibus operationes non habent prudentiā per obiecto. Tertius gradus addit super precedentes precise quia dictatū a recta ratione. Unde secundus gradus superaddit primo / nolle desistere: et tertius addit super primū et secundū acceptatū obiectū / quia dictatū per rectam rationem: ita quod habet per obiecto partiali / quia dictatū a recta ratione. ¶ Quartus gradus includit istos tres / et ultra addit / propter deum summe dilectū. et iste gradus est perfecte virtutis: imo apud eū nullus precedentium graduum est dicendus virtus / saltem intrinsece: sed si alij dicantur virtutes / hoc est solū denominatione extrinseca propter assistentiā istius gradus. Quilibet istorum quatuor graduum reperitur in gradu temperantie / continentie / et in gradu heroico. et sic isto modo nō distinguuntur: ut distinguit Aristoteles. Sed de distinctione graduum virtutis secundum eum postea videbitur. ¶ Quintus gradus est qui includit omnes istos: et superaddit quod sit actus imperatiuus formaliter executionis operationis que excedit comunē hominum facultatē ex natura rei vel ex circumstantia: et iste gradus est quem comuniter doctores vocant heroicū. Recapitulando istos gradus / primus non includit obiectum quia dictatū / secundus addit propositū non desistendi: tertius addit quia dictatum a recta ratione: quartus addit propter deū finaliter et ultimate dilectū: quintus addit quod talis volitio sit formaliter imperatiua operis quod ex natura vel ex circumstantia excedat comunē hominum facultatē. ¶ Istis suppositis ponit Deckam aliquas propositiones / quarum aliquę sunt notę / et aliquę dubie.

Prima propositio. Omnes virtutes morales conectuntur in quibusdam principijs vniuersalibus. patet / ut in isto / omne dictatū per rectam rationem / est faciendū. omne honestum est faciendū. omne inhonestū est fugiendū. ille sunt maiores vniuersales siue principia omnibus virtutibus comunia / in quibus conectuntur ipse virtutes: et ex quibus deducuntur particu-

Epilogus

Prima propositio.

lares que sunt prudētie virtutū. igitur p̄ma p̄positio certa et nota. ¶ Secunda p̄positio. Virtutes nō sunt adinuicē in quibuscūq; gradibus cōnexe. patet. alicui pōt occurrere / et frequēter / materia vni⁹ virtutis / quāuis materia alterius nunq̄ ei occurrat: et talis poterit se exercere ī tali materia / nō exercitando se in altera materia q̄ nunq̄ sibi occurrat / et frequēter: quo facto / per frequēs exercitiū circa illā materiā generabit̄ habit⁹ / et nō circa alterā: sicut materia fortitudinis p̄prie dicte religioso / quē stat tēperatissimum esse. igit̄ nulle virtutes sunt adinuicē connexe in quibuscūq; gradibus. ideo cum vna virtute: in p̄mo v̄l secūdo gradu stat vitium oppositū alteri virtuti. Unde ista tria simul stant: hoc est aggrediēdū: volo aggredi: et volo hoc comedere quod tamē est phibitū: comedere. ideo stat vitium intēperātie cum gradu fortitudinis / et dictamine recto illi⁹. ¶ Sequit̄ tertia p̄positio et quarta in quib⁹ iacet tota difficultas. Virt⁹ tertio modo dicte nō stat cū vitio opposito cuiuscūq; alteri virtuti et dictamini recto respectu illi⁹ alteri⁹ virtutis. et loquor de virtute actuali. hoc ē actus virtutis tēperātie tertio modo dicte nō stat cū vitio opposito iustitie stāte simul recto dictamine circa eandē materiā iustitie. Similiter talis actus p̄dict⁹ nō stat cū vitio opposito fortitudinis / et dictamine recto circa fortitudinis materiā. Probā. bñ sequit̄. iste habet actū tēperātie t̄tio modo dicte / igit̄ acceptat obiectū tēperātie cōformiter ad dictamē ratiōis / et qz dictatū a ratiōe. et vltra. acceptat qz dictatum a ratiōe: igitur vult omne dictatū per rectā ratiōē. et vltra. vult omne dictatum a ratiōe / et dictat̄ perfecte et recte de iustitia: igitur recte vult circa iustitiā. et per cōsequēs cū tali actu tertio modo dicto nō stat vitium circa virtutē aliam cuius habet rectū dictamen. Et dicit̄ notanter rectum dictamē: quia si haberet ignorātiā vel errorem circa aliam virtutem / nō oportet nec sequitur q̄ habeat actum bonū circa illam virtutē. et vltra: tunc nō repugnat q̄ habeat vitium circa eā. ¶ Mihi videbatur q̄ illa consequētia nō valebat: vult hoc quis dictatū a recta ratiōe: igitur vult omne dictatū a recta ratiōe. Nam p̄mo si intelligeret̄ in antecedente / qz hoc est dictatū a ratiōe / tunc certa est malitia consequentie. s; ipse capit ibi vt sit termin⁹ cōmunis: et tūc dicit q̄ sicut nō stat q̄ fortes sit homo inq̄tū risibilis / quī oīs homo sit risibilis: similiter nō stat q̄ velim sortē in quantum est homo / quin velim omnē hominē: et q̄ velim omnē hominē / et sciā istum esse hominē / quin velim illum. et q̄ velim aliquid p̄pter deum / quin velim deū vel eodem actu vel diuerso. ita dicit h̄ q̄ nō stat velle hoc qz dictatū a recta ra-

Secūda p̄positio.

Tertia p̄positio.

De quinque gradibus virtutis

Quarta
propositio

tionem seu propter dictamen / quin velim omne dictatum a ratione: quia illa sic exponitur: volo hoc / et volo omne dictatum a ratione: et causa quare volo hoc / est quia volo omne dictatum a ratione. sed mihi videtur hoc non requiri ad actum esse bonum: et per consequens non debet assignari talis actus vel conditio per gradum virtutis. ¶ Quarta propositio. Cum actu virtutis quarto modo capte non stat quod cumque peccatum. Probatur: quia si stare peccatum: vel esset ex ignorantia / passione / vel ex malitia. sed nullum istorum potest dici: igitur. non primum / quia vel talis ignorantia esset invincibilis / et sic non peccat. vel vincibilis: et sic non diligit deum super omnia: quia si diligeret deum summe: necessario viceret illam. nec ex malitia aut passione / quia si peccet scienter / iam aliquid proponit deo. ergo non diligit deum super omnia. igitur non habet illum quartum gradum virtutis. ¶ Contra tertiam propositionem (quia alie due sunt certe) arguitur sic ex suis principiis. pono quod habent ista dictamina duo / nunc est a me temperate agendum / quia dictatum a ratione: (nihil habendo aliud / quia in tertia acceptatione non requiritur relatio in finem ultimum) et nunc est a me hoc opus iustitie exercendum / quia recta ratio dictat. tunc notum est quod secundum eum non necessario voluntas se illis conformat: sed potest se conformare / et non conformare: et illis contravenire / et peccare / quia nullum dictamen necessitat voluntatem ad elicendum secundum quod dictat. tunc arguitur sic. quando se conformabit primo dictamini / non necessario se conformabit secundo: ergo cum actu virtutis tertio modo poterit peccare circa materiam alterius virtutis cuius habet rectum dictamen / saltem omissive. Probatur hoc: quia datur oppositum / puta quod necessario sequitur conformitas ad secundum dictamen stante conformitate primo / tunc talis actus conformis secundo dictamini non habebit propriam bonitatem: quia necessario sequitur ad alterum. nam per eum / actus qui necessario sequitur ad alterum precedentem / non habet propriam bonitatem. ergo si ad se conformandum primo dictamini / necessario sequatur conformitas ad secundum dictamen / nihil bonitatis habebit super bonitatem actus primi. ¶ Tertio arguitur sic. si ad actum conformem primo dictamini necessario sequitur actus conformis secundo dictamini: iam talis actus secundus causaretur a primo. igitur eadem ratione actus secundus erit causa actus primi. nam quandoque sunt due cause respectu alicuius effectus que non necessario producant illum effectum / et superveniens tertio necessario producitur ille effectus: tale tertium est causa illius effectus. tunc sic / scilicet eliciens illa duo dictamina / non potest se conformare primo / et deformare secundo simul et semel / quia quis possit simul se conformare utriusque. sed si simul et semel conformet se ambobus: equa-

Secundū Ockam. Fo. xcvi.

si ratione cuiuslibet / cum quilibet est causa alteri⁹ / et quilibet necessario sequitur ad alterū. ergo act⁹ erūt sibi mutuo cause in eodē genere cause efficiētis / quō est impossibile. Quā- tum ad hoc argumētū respondet Ockam / quia habet ap- parentiā p dicto suo / cōcedēdo quod necessario sequitur act⁹ secundus ad p̄mū / et quod vn⁹ est causa alteri⁹ / et negat quod ea- dem rōne ille scōs debeat dici causa p̄mi: et ratio est / quia ne- cesse est / licet simul eliciant^r / quod vn⁹ prius natura alio pdu- cat: et ille p̄or natura alio / nullo modo sequitur ad posteriorē: et per cōsequēs non potest dici causari ab eo: s; bñ eōs- uerso ille posterior natura / causat a priore. ¶ Sed q̄tū ad quartā propositionem non videtur vera saltē de peccato ignorātie / quin possit stare cū veritate illius. Nā illa dilec- tio dei super omnia / nō necessitat me ad faciēdum quic- quid in me est de aliqua veritate inquirenda. Igitur stāte illa dilectione dei super omnia / pōt aduenire tēp⁹ in quo teneor dicere horas. tūc illa dilectio nō necessitat me ad inquirendū an p tūc teneor vel nō / et sic stabit quod hoc vin- cibiliter ignorē. ergo talis act⁹ stat cū inquirendi negligē- tia: ergo stat cū pctō facto ex ignorantia. Sed ne obliuio- ni tradas / pono exempla illorum quinq; graduū. Exēplū primi / vt volitio qua volo tēperate viuere propter hone- statem conformiter ad rectā rationē hoc mihi dictātem: est primus grad⁹. Exēplū secundū / vt volitio qua volo tēpe- rate viuere propter honestatē seu quia honestū est / cōfor- miter ad rectam rationē / et nolo desistere ab ista volitiōe q̄diu recta ratio dictat nō eē desistēdū / non obstāte quoc- unq; impedimēto: est secundus gradus / ita quod supra p̄mū solū ponit ppositū non desistēdi. Exēplū tertij / vt volitio qua volo tēperate viuere quia honestum est / et quia ita dictatū est a ratione / et nolo desistere ab huiusmodi act⁹ continuatione q̄diu recta ratio dictabit / est tertij grad⁹ / qui precise addit sup reliquos dictamē reflexū / seu ponit dictamē rectū p partiali obiecto. Exēplū quartū / vt volitio qua volo tēperate viuere quia honestū / et quia ita dictatū est a recta ratione / et nolo desistere ab huiusmodi actu q̄diu recta ratio dictabit nō esse desistēdū / quocūq; impe- dimēto non obstāte / et ppter deū summe dilectum / et fina- liter in eū referēdo: est quartus gradus. Exēplū quintū / vt volitio qua volo efficaciter et formalit^r executive refre- nare oēs passiones contra rationem insurgentes / tēpera- te: vt volitio qua volo imperatiue caste viuere / nō obstā- te morte / quia honestū / et quia dictatū est a recta ratione / et ppter deū summe dilectum: et nolo desistere ab hoc actu q̄diu recta ratio dictabit non esse desistēdū / non obstā- te quocūq; impedimēto: est quintus gradus.

De conexione virtutum moralium

An virtutes morales sint connexe ^{ad habitus.} Ca. ix.

Prima p
positio.



Consequenter psequendum est de habitibus. Secundu hanc opinionem: Utrum habituales virtutes sint connexe? Prima ppositio. Nulla virtus pure moralis necessario requirit alteram pure moralem. hoc est: nulla necessario connectitur alteri morali. p: quacumque virtute morali

signata: stat aliquem frequenter se exercitare circa materiam illius virtutis: non occurrente materia alterius virtutis: vel si occurrat: ad minus ignorat invincibiliter. ergo quecumque virtus moralis potest in aliquo generari non genita altera morali. Unde advertendum est quod cum dicitur quod nulla virtus moralis necessario connectitur alteri: non includitur in hoc dicto prudentia: quod dicitur moralis obiective (inquantum est circa materiam virtutis moralis) quia stat habere virtutem moralem habituale non habita prudentia: quia deus potest suspendere activitatem actualis prudentie: non suspensa activitate actus affectivi essentialiter virtuosum: quo facto generabitur in affectu habitus: non genito habitu prudentie in intellectu: sed non stat habere actum moralem affectivum non habito actu prudentiali. Unde dicit Ockam quod non necessario connectitur habitus habitui: quibus actus actui. **S**ecunda ppositio. Nulla virtus moralis necessario connectitur virtuti theologice. patet sic. quacumque virtute morali quantumcumque intensa acquisita: stat hominem peccare mortaliter: quia ille non reddunt hominem impeccabilem. quo facto corrumpitur charitas: et remanebunt morales. quod corrumpatur charitas: notum est. et quod remaneant alie: p: sicut nec acquiruntur per unicum actum: sic nec deperduntur per unum actum: igitur possunt remanere non manente fide: quia cum habitu virtutis stat peccare peccato infidelitatis et etiam desperatiois. ergo nulle morales connectuntur necessario cuicumque virtuti theologice saltim infuse. **D**ifficultas est an connectatur necessario theologice acquirente: loquendo precise de virtute quarti gradus. **N**on sequitur: iste habet actum quo acceptat obiectum propter deum: ergo diligit deum super omnia: immo magis amat deum: quia propter unumquodque tale et illud magis. ergo sicut ex actu quo acceptat obiectum vel refugit: generatur virtus moralis: ita ex illa dilectione dei etiam generabitur virtus theologica. ergo quecumque virtus quarti gradus necessario connectitur virtuti theologice saltim acquirente. **N**on concedo quod generabitur simul virtus moralis et theologica: et concedo secundum Ockam quod non stat quod producatur virtus quarti gradus: quin producatur etiam virtus theologica: ut se extendit tam ad theologice infusam quam acquirentem. **T**ertia ppositio.

Secunda
propositio.

De. iij. gra. vir. posi. ab Ari. Fo. xcviij.

Nulla virtus theologica necessario cōnectitur virtuti pure morali. p3: quocunq; homine cōtūcunq; vitioso dato et in habitu et in actu / stat talē conteri: quo facto / in ipso producentur theologice virtutes. tūc arguit sic. Iste talis habet theologicas virtutes / et non habet morales: qz per vniuersum actū cōtritionis nō generātur omnes morales: ergo virtutes theologice nullis puris moralib⁹ necessario cōnectuntur. ¶ Quarta ppositio. Nulle virtutes theologice necessario cōnectuntur adinuicē simpliciter / aliqua tamē illarū necessario alteri cōnectitur p statu vie. Prima pars patet. primo / charitas non necessario pnectit alijs duab⁹ / nec alteri earū / qz ipsa manet in patria / et nulla illarū manet. igitur prima pars vera. Insuper nec fides nec spes cōnectuntur charitati necessario. patet: quelibet ipsarū manet cū mortali / et nō manet charitas cū illo. Similiter nec fides necessario cōnectitur spei. Nā contingit aliquē esse infidelem qui non desperat: ergo fides et spes nō necessario cōnectuntur. Similiter cōtingit aliquē desperare absq; infidelitate / quib⁹ regulariter peccet desperans peccato infidelitatis. et sic nulla theologica necessario cōnectitur alteri theologice. igitur prima pars quarte ppositiōis vera. Secūda pars p3: puta qd p statu vie aliqua necessario cōnectitur alteri: scilz charitas fidei / qz sine fide impossibile est placere deo. Similiter necessario cōnectitur spei. ergo aliqua theologica p aliquo statu de lege posita necessario cōnectitur alteri. Ex supra habitis patet qualiter virtutes cōnectuntur et cōtūm ad actus et cōtūm ad habitus.

Tertia ppositio.

Quarta ppositio.

De tribus gradibus virtutū positis ab Aristotele: scz cōtinētia / temperantia / et gradu heroico. La. r.



¶ An restat videre de gradibus virtutū quos ponit Aristoteles: et prima difficultas occurrens est ista: Utrum in vnaquaq; virtute morali / scz tēperantia / fortitudine et iustitia / reperiantur illi tres gradus / cōtinētie / temperantie / et heroicus: et vtrū illi tres gradus differant specie. Quantū ad primū videtur qd nō reperiantur in vnaquaq; virtute morali: qz nō assignantur illi gradus nisi ppter passiones. sed sunt alique virtutes que nō sunt circa passiones / vt iustitia: igitur. Itē pbat qd nō distinguantur specie in virtutib⁹ in quib⁹ inueniuntur: et est argumentū cōmune / et multum apparēs. nā capio sortem cōtinētem circa materiā temperantie virtutis. tunc certū est qd sortes p frequentationē actū cōtinētie tandē faciet qd nō amplius erit insult⁹ vehemēs / et successiue diminuetur. cū primū aut talis insultus nō est ampl⁹ vehemēs: ille est tēperat⁹: et ipse nondū habet habitum nisi illū quē ac-

De tribus gradibus virtutis

De tribus gradibus virtutis.

Continētia capi- tur tripli- citer.

quisiuit p act^o cōtinentie: et primus actus tēperantie est primus actus quē habet: ergo iste idē habitus in numero qui prius erat continentia gradus: tā efficitur tēperantia gradus: et sic continentia et tēperantia solum differūt secundū magis et minus. ¶ Pro solutione huius questionis primo declarandi sunt isti tres termini: scz cōtinentia gradus: tēperantia gradus: et gradus heroicus. postea videndū erit de distinctione specifica habitū importator per illos terminos. Unde continentia secundum Tho. secūda secunde questione. clv. et Buridanū in septimo ethicozumi capitur tripliciter. Uno modo pro omnimoda abstinētia a delectationibus veneris: et tunc idem est qd virginitas. Secūdo modo vt tantū valet sicut tēperantia. et de istis duabus acceptionibus nō est hic ad ppositum: sed solū de tertia: q talis est. Continētia vt importat gradū in vnaquaqz virtute: est habitus inclinās ad agendū conformiter secundū rectam rationē: non obstantibus vehementibus passionibus ab illo bono rationis retrahētib⁹. Quia in tertio in vltima questione dicit q continētia tria cōnotat. Primum q in intellectu sit iudiciū practicū de aliquo operabili v^l fugibili: puta hoc est faciendū vel fugiendū. Secundū q in appetitu sensitivo sit vehemēs passio retrahēs ipsam virtutē cōtra dictamē recte rationis: incitās ipsum hominē ad fugiendū aliquid: et si illud sit fugiendū: q in appetitu sensitivo sit passio incitās ad illud psequendū. Tertiū q in volūtate sit electio dictamini recto cōformis: hoc est q volūtas eligat illud operari non obstantibus passionibus retrahētib⁹. Exēplum: sit sortes in quo insurgit valde vehemens motus illecebre: habet hoc iudiciū: nō est a me mulier cognoscenda. et in appetitu sensitivo est passio multū incitās illū ad agendū cōtra istud dictamē. non obstante tali passione habet actū quo nult cognoscere mulierē. talis est actus cōtinentie gradus: et habitus quē gignit: est habitus cōtinentie gradus. notū est q in sorte per replicationē actuum conformiū non obstantibus vehementibus passionibus generatur habitus vel dispositio que est eiusdē speciei specialissime cū tali habitu: et talis est continētia gradus. Tho. dicit q talis gradus participat cū virtute: et nō dicitur cōpleta virtus. Et sic pz quid sit continentia gradus cōtūm ad actū et cōtūm ad habitū. ¶ Consequēter videndū est quid sit tēperantia gradus. Unde cōtinentia et tēperantia aliquādo capiuntur vt sonant specialē virtutē: aliquādo vt sonant gradū virtutis: et non specialem virtutē. et de istis loquimur in pposito. Unde omnia cōtinentia gradus vel tēperantia gradus est virtus: sz nō oīs cōtinentia gradus est tēperantia vt est specialis virtus: qz

In fortitudine et iustitia reperitur continentia et temperantia gradus: et tamen fortitudo et iustitia non sunt temperantia. Item temperantia gradus (ut dicit Ockam) capit dupliciter. Uno modo pro habitu firmante animum in bono rationis non insurgentibus vehementibus passionibus in contrarium. Notum est quod postquam fortes se exercuit per multos actus in materia temperantie, continue debilitatur passio: postquam autem ex ista frequentissime peruenit ad tantam intensiorem habitum quod non amplius insurgit passio vel saltem debilis est, talis habitus impediens vehementem insultum est eiusdem speciei specialissime cum habitu continentie, immo solum illi duo habitus differunt secundum magis et minus. Nam prius talis habitus propter eius remissionem non impediens vehementes passiones etc. Aliquam capit temperantia gradus per habitum inclinatum ad agendum non solum conformiter ad rectam rationem non insurgentibus vehementibus passionibus: sed etiam ad fugiendum occasiones ipsarum passionum, scilicet ad fugiendum presentiam obiecti nati causare passiones, similiter ad fugiendum tactus natos causare passiones. et isto modo temperantia gradus differt specie a continentia gradu: quia habet unum obiectum partiale quod non habet continentia gradus: scilicet fugam occasionum ipsarum passionum vel concupiscentie. Unde continentia gradus est habitus connotans insultum vehementem passionum, inclinans ad oppositum, ut dictum est: sed temperantia gradus est habitus inclinans secundum dictam recte rationem non insurgentibus vehementibus passionibus.

¶ Difficultas est utrum temperantia gradus et continentia gradus differant specie. Aliqui dicunt quod non est continentia gradus nisi habeat vehementes passiones pro obiecto: ut nolo fornicari non obstantibus vehementibus passionibus. Similiter volo aggredi non obstante timore vehementi retrahente ab aggressu, vel incitante ad fugam, habitus generatus ex tali actu est habitus continentie gradus, et dicunt quod temperantia gradus fertur in passionem sub ratione parui: ut nolo hanc cognoscere, non obstante parua passione incitante, fertur in passionem sub ratione parui, et tunc differunt specie. Sed hec difficultas potius est ad nomen. Si pro aliquo dicat (ut multi dicunt) quod de ratione continentie est quod insurgant magne passiones, siue habeat illas pro obiecto, siue non: et de ratione temperantie quod non insurgant magne passiones: tunc illi habitus non differunt specie, ponendo illos habitus in voluntate: quia quicquid est obiectum unius, est obiectum alterius, et secundum eandem rationem, ergo non differunt specie.

¶ Alia difficultas quam tractat Buridanus: utrum in illo qui elicit actum secundum gradum continentie, sit in appetitu sensitivo actus conformis actui voluntatis virtuoso. Similiter an sit in voluntate actus conformis illi concupiscentie

Temperantia gradus capit dupliciter.

De tribus gradibus virtutū

que est in appetitu sensitivo. Unde quando fortes habet vehementem passionem / puta mouetur ad cognoscendum mulierem: vtrum ex illa concupiscentia causet in appetitu rationali aliqua passio que trahat voluntatem ad consentiendum appetitui sensitivo: non obstante ista concupiscentia / voluntas habet nolle quo nult hoc obiectum: an ex ista nolitione causetur in appetitu sensitivo fuga obiecti / hoc est vtrum appetitus sensitivus habeat duos actus / vnum fugitiuum causatum ab imperio voluntatis quo fugit obiectum sub ratione turpis / et alterum quo persequitur illud obiectum sub alia ratione / puta quod vult delectari in illo. ¶ Quam ad hanc difficultatem contrariantur Buridanus et Ockam. Unde Buridanus questione quinta septimi ethicorum dicit quod in continente est duplex tractus tam in sensu quam in voluntate: vnus ad persequendum / causatus ex apprehensione obiecti sub ratione delectabilis: alter ad fugam / causatus ex apprehensione obiecti sub ratione turpis. et ideo dicit non esse inconueniens concupiscentiam trahi ad fugam / et persequi obiectum secundum diuersas rationes obiecti vel apprehensiones. Similiter in voluntate est persecutio et fuga. et apparentia est / quia nisi sic dicatur / videtur quod nunquam aliquis posset pertingere de gradu continentie ad gradum temperantie. patet bene sequitur. in isto continente nullus est actus refugitiuus: ergo in appetitu sensitivo non causatur habitus qui resistat insultationi passionum. vnus passio in appetitu sensitivo causatur pure naturaliter (sicut calor ab igne) non ex obiecto / sicut dicit Scotus in secundo / sed ex apprehensione obiecti. Nam si non ponatur obstaculum: posita apprehensione obiecti causatur naturaliter passio in appetitu sensitivo. tunc bene sequitur. in hoc appetitu non est aliquis actus refugitiuus obiecti: ergo non causatur habitus inclinans ad refugiedum: qui habitus si esset / resisteret productioni passionum. et ultra. non causatur habitus et cetera. ergo quod tunc unus continuus actum vel replicem / causabitur equalis passio. patet consequentia: erit eadem causa naturalis et eque fortis: quia nihil causatum est in appetitu sensitivo: ergo ex ista causa pure naturali causabitur equaliter effectus. Si dicas quod voluntas resistit: contra. prius non poterat facere quod non insurgeret passio: ergo si nihil sit derelictum in appetitu sensitivo quod resistat / voluntas non poterit facere quod apprehensio obiecti non causet passio. et sic modus Buridani est quod in continente est duplex passio in sensu: vna qua prosequitur obiectum sub ratione conuenientis: altera causata ex imperio voluntatis / qua fertur in obiectum sub ratione turpis. Eodem modo in voluntate est duplex actus. vnus causatur naturaliter propter conuersionem ad sensum. alter causatur libere quod iudicat de tali obiecto sub ratione turpis. ¶ Alius dicit Ockam quod in continente non generatur habitus in sensu conformis ha-

bitus genito in voluntate. ratio ei⁹ est. actus sensus est. p^{re}se-
cutiuus: ergo non est actus refugitiuus. Ideo in continen-
te in sensu est vnica concupiscencia inclinans ad contra-
riū recte rōnis: et est vnicus actus in volūtate cōformis: et
dicit cōtinentia p^{ro}p^{ter} assistentiā passionis que est in sen-
su. et est magna apparentia q^{uod} oīs actus refugitiuus distin-
cte s^{ed} in eandem potentiā contrariet^{er} actui distincto p^{ro}se-
cutiuo. vnde nō possum odire et amare distincte idem ob-
iectum. Similiter nō est possibile q^{uod} in sensu appetam ali-
quid: et refugiā illud. Ideo apparet cōtra Buridanū q^{uod} sit
p^{re}cise vnus tractus. Et ad rationē Buridani: cū infer^{unt}: q^{uod}
in appetitu sensitiuo nō causat habitus resistēs p^{ro}ductio-
ni passionis que nūc est: imo potius causabit habit⁹ incli-
nās ad passionē istam q^{uam} resistens passioni: ergo per repli-
cationē actui p^{er}tinētie: et presentē obiectū: equaliter in-
sultabit tanta passio sicut prius: imo forte maior: et per cō-
sequēs nūc p^{er}tinget ad gradū tēperantie. Dico q^{uod} verū
est q^{uod} in parte sensitua nullo modo causabit habit⁹ qui re-
sistat: q^{uia} nō pōt causari sine actu illi⁹ appetitus sensitui.
et cū infer^{unt}: q^{uod} insurget postea tāta passio presentato obie-
cto illo eodē sub eadē rōne: sicut prius surgebat: dico q^{uod}
cōsequētia nō valet: et licet volūtas nō possit facere quin
insurgat passio inclinās ad vitium stāte app^{re}hensione ob-
iecti: tūc volūtas pōt facere q^{uod} obiectum non sit p^{re}sens
quo facto non cōtinuat passio: sed p^{re}sente obiecto nō pōt.
volitionē efficacem imperatiuam operationis exterioris sequitur illa operatio exterior si non ponat impedimētū: ergo illa volitio medij nō est plus in se libera q̄ sit opatio exterior / sed solū antecedenter / puta in sua causa: vt si velim efficaciter sanitatē / & efficioz certus q̄ ad illam habē dā necessaria ē potio amara: naturalit̄ ad illa duo seq̄tur volitio potionis amare: & nō est in potestate mea / & tūc ista volitioe efficaci finis / quin velim mediū: ergo nō habebit bonitatē aut malitiā super finē ipsum. s̄ q̄ hoc sit falsum / probatū ē supra: cū volitio finis est bona / & electio medij mala. ¶ Quātū ad hoc argumentū Ockā in prima distinctione p̄mi / & in tertio quita decima distinctione cōcederet q̄ si esset aliqua volitio efficax alicui⁹ finis &c. q̄ i casu p̄dicto talis volitio medij nō habet malitiā distinctā aut bonitatē a bonitate vel malitia finis et iudicij: quod iudicij potest esse malū extrinsece. Unde dicit q̄ si sit aliq̄ virgo que habeat volitionem efficacē nō desistēdi a virginitate p̄ quocunq̄ cōtra iudicium ratiois / & in ipsa sit certitudo q̄ non poterit cōseruare nisi per mortē naturaliter: sequitur in illa virgine volitio mortis subeunde / & nullam penit⁹ habet bonitatē ppriam. Et cū pbatur oppositum / qz aliquādo stat volitionē finis eē bonā / & volitionē medij malā: dico q̄ nunq̄ stat qn̄ illa electio necessario sequitur ad illā volitionē finis. s̄ sepe habem⁹ multas electioes q̄ nō necessario sequuntur ad intētionē seu volitionē finis: vt volo efficaciter subuenire p̄ximo: possū illi subuenire & de meo & de alieno. tūc si velim subuenire de alieno / ad hoc nō necessitoz: s̄ ad subueniēdū de meo v̄ de alieno. ideo eliciēdo volitionē subueniēdi de alieno / talis nō necessario sequit̄ ad volitionē efficacē finis / ideo in tali casu h̄z propriā malitiā: & volitio finis ē bona / & medij mala. Dico etiā q̄ stat volitionē efficacē esse alicui⁹ finis / & stat habere volitionē medij ad illū finē: que q̄dē volitio medij mere libere elicif: qz stat elicere non habēdo iudicium q̄ tale mediū sit necessariū ad illū finem: sed stantib⁹ istis duob⁹ / puta q̄ volitio finis sit bona / & q̄ habeat iudiciū rectū de aliquo medio necessario ad illū finem / non stat volitionē medij esse malā: immo ista tria repugnāt / volitio finis est bona / & iudiciū de medio necessario est rectum / & volitio circa tale mediū est mala. ¶ Contra. sit sortes qui non teneat nunc subuenire p̄ximo / qz nō est in extrema necessitate. nihilominus vult efficaciter subuenire: q̄rit mediū vt subueniat: inquisito medio reperit q̄ nō pōt subuenire nisi capiēdo alienū. ecce ista volitio finis est bona / & istud iudiciū non est malum / nō possum p̄imum releuare nisi capiā alienum / immo tale iudicium est verū / neq̄ impes

Bonitate aut malitia. Fo. cviiij.

ratur a mala volitione: et tñ illa volitio qua volo capere a proximo/ vt alteri subueniã/ est mala: qz furtũ. ergo adhuc stat q volitio finis nō sit mala/ z iudiciũ non sit malũ/ imo mo versũ: z tñ volitio mediij sit mala. Dico ad hoc q superueniente iudicio certo/ non possum releuare primũ nisi capiẽdo a primo: illa volitio efficax finis ẽ mala: et eodẽ precepto q teneor nō capere a primo/ teneor desistere ab illa volitione finis: z si cōtinuet/ erit mala. p3. Dis libera cōtinuatio alicui? ad qd necessario sequit̃ aliqd p̃tra p̃ceptũ dei/ et sciẽter: illud est malũ. sed ad volitionẽ efficacẽ finis in p̃dicto casu sequitur aliquid p̃tra preceptũ diuinũ: scz volitio capiẽdi alienũ: ergo illa p̃tinuatio libera illi? volitionis circa talẽ finẽ est mala: z sic volitio illius mediij nō habet malitiã nisi malitiã volitionis finis: et est mala malitia furti. z stat eandẽ volitionẽ numero p̃tinuatã supuenientib? diuersis iudicijs habere diuersas malitias/ scz malitiã furti/ et malitiã homicidij. Exẽplũ: sortes vult efficaciter seruare vitã platonis/ supuenit iudiciũ q nō pōt seruare nisi mētiẽdo: talis volitio p̃tinuata est mala malitia mendacij. z apud istã opinionẽ nunq̃ efficĩt volitio mediij mala quin pri? volitio finis fuerit mala: z tenet supersedere a volitione finis. ¶ Forte replicaret aliqd/ sit sortes qui hz volitionẽ efficacẽ. a. finis/ inquirit media/ et reperit duos: et habet iudiciũ q necessario opz p̃ alterũ istoz consequi illũ finẽ: z q quodlibet illorũ est sufficiens/ z nullũ istoz necessariũ/ s3 q est necesse p̃ alterũ istoz consequi finẽ. z illa duo media sint. b. c. tunc arguit̃ sic. cū volitione efficaci. a. finis/ nō necessario elicit volitionẽ. b. mediij/ nec. c. mediij. z volo q tã. b. c. sint media p̃hibita. tunc necessitat̃ ad aliquã volitionẽ eliciẽdã: ergo necessitat̃ sortes ad eliciẽdũ: et quãcũq̃ eliciat/ peccabit nouo peccato libere in se. nego q necessitat̃ ad aliquã volitionẽ eliciẽdã: qz potest adhuc cōsulere qd ipsoz sit vtilius ad illũ finẽ consequẽdũ/ vt volo efficaciter ire Romã: iudico q opz trãsire p̃. a. vel. b. nō necessitor ad vnã volitionem circa aliquẽ istoz locoz: qz possum p̃sulere anteq̃ eliciã volitionẽ circa quẽcũq̃ istoz. ¶ Aliter dicũt q volitio mediij superaddit ad malitiã finis: z nō est idẽ sicut de opere exteriori. Quis em̃ naturalr sequat̃ volitio mediij ad volitionẽ efficacẽ finis/ tñ est aliqd dissimile: qz seclusa volitione finis/ volitio mediij pōt cōseruari: sed seclusa volitione imperatiua efficaci operatiõis exterioris/ illa operatio exterior nihil plus hz libertatis que depēdet ab interiori imperãte: s3 tota libertas volitiõis mediij nō depēdet omnino et totaliter a volitiõẽ et libertate finis. iō illa volitio mediij hz aliquid libertatis in se. et yterq̃ modus est p̃babilis: sed primus p̃babilior.

De peccato

De prima diuisione peccati in originale et
actuale. Ca. xix.

Prima di
uisio pec
cati.

Varleopi
niões de
peccato
originali.



Nunc vidende sunt diuisiones peccatorū. Prima diuisione. Peccatorū aliud est originale / aliud actuale. Vñ in diffinitione peccati supra posita solū diffinitur actuale / et nō originale. ideo nūc videndū est de ipso originali / circa quod est cōtrouersia inter doctores. Aliqui dicūt qđ originale nihil aliud est qđ carētia iustitie originalis debite inesse. et dicit Ockā qđ aliud est loqui de peccato originali de facto / et aliud de pctō originali de possibili. Nā originale de facto scđm Anselmū de pceptu virginali (et adducit hoc Sco. in scđo) nihil aliud est qđ carentia. Si autē loquamur de possibili / hoc ē falsum / ita qđ sit puertibilitas inter diffinitū et diffinitionē: qz stat in aliquo esse originale sine carētia cuiuscūqđ debiti: ergo illa non est conuertibilis cū diffinito. p3 antecedēs: stat aliquē esse in puris naturalibus / in quo nullū erit donū supernaturale / nec iustitia / nec fides / nec spes / et c. et erit acceptus ad vitā eternā / et illi poterit dari pceptū / quēadmodum fuit datū Adē sub illa cōditione qđ si trāsgrederetur illud / ipse et tota posteritas sua erit deacceptat⁹ ad vitā eternam. Tūc sic arguitur. In aliquo descendente ab isto est pctm originale / tamen nō est carētia cuiuscūqđ doni gratuiti / scz nec iustitie originalis / nec gratie. et qđ sit originale in ipso / p3: est peccatū in omni illo qui est indignus vita eterna: et nō est actuale: ergo originale. Dicit ḡ resolutorie Ockā i quodlibeto tertio / questioe. x. qđ peccatū originale de facto nō est nisi carētia iustitie originalis debite inesse. S3 de possibili est indignitas ad vitā eternam ex peccato alterius pueniēs: et qui ita nascitur ex illo mediate vñ immediate / qđ cito natus est / in illo est indignitas ad vitā eternā / ex pctō primi sui parētis. vñ peccatū originale puertibiliter est indignitas ex pctō alterius pueniēs. ideo nec est fomes nec carētia iustitie cōuertibiliter. Diceret aliqđ: ergo in Adā fuit originale / qz postqđ peccauit / erat carentia iustitie originalis debite inesse. Nā perdidit illā / et tenebatur cōseruare. ¶ Itē si in puulo nato sit carētia iustitie debite inesse: ḡ talis paruulus obligat^r ad iustitiā originalē habendā. et vltra: est obligatus ad illā habendam / et nō habet eā: ergo trāsgreditur pceptū vel legem obligantē. et si trāsgredit^r: ergo peccat pctō actuali. Preterea iste puulus nō est obligabilis: qz pceptū nō est ei manifestabile: ergo ista est falsa: originale est carētia iustitie debite inesse. ¶ Quātum ad primū dico qđ originale est carētia iustitie originalis debite inesse / ex peccato alterius pueniēs / et nō ex pro:

pro. & sic est intelligenda diffinitio. Unde in primo parate
 erat carētia iustitie originalis debite inesse / sed nō proue-
 niebat ex peccato alterius / sed pprio: & sic erat peccatum
 actuale. Similiter dicēdū est q̄ in Eva fuit actuale pctm̄.
¶ Quantū ad sc̄dm dico q̄ aliquid est debitū dupliciter. **Duplex**
 Uno mō debitū debito precepti. Alio modo debitū debito **Debitum.**
 statuti. Uñ paruulus nō est debitor iustitie originalis debi-
 to precepti: qz nō est capax precepti neq; obligabilis (nul-
 lus em̄ potest obligari nisi possit ei preceptū manifestari)
 s; est debitor iustitie debito statuti: hoc est / fuit tale statu-
 tū a deo factū q̄ quicūq; regulariter descēdēs ab Adam **Regula.**
mediate vel immediate p̄ ppagationē / nō habēs iustitiā
originale in se vel in equiualehti / damnabit si in tali statu
decedat. & talis paruulus subiicit tali statuto: s; nō est pre-
ceptū obligās sub pena peccati mortalis. Eodē mō paruu-
lus nō tenetur ad baptismū debito precepti / cui⁹ trāsgres-
sio inducat mortale actuale: s; tenetur debito illius statu-
ti / nisi quis renat⁹ fuerit denuo rē. [Debitum statuti nihil **Additio.**
phibet / ergo nō est aliqua malitia in pctō originali. proba-
tur cōsequētia: qz vel illa malitia puenit a phibitione / v̄
a p̄cepto: vel illa malitia est intrinseca. non sc̄dm: qz si de⁹
faceret statutū q̄ nisi quis fuerit natus in septēbri / nō ha-
berit summā gratiā & gloriā: & fortes nascatur in octobri:
fortes non p̄pterea esset peccator. ergo eodē modo p̄pter
quodcūq; statutū liberale paruulus nō dicitur pctōr. Di-
cendū videtur q̄ si nō esset auctoritas sanctorū v̄ scriptu-
re ad hoc / mouēs / non esset cōcedēdum: & videtur cōcedē-
dum consequēter q̄ tali statuto posito paruulus natus in
octobri haberet peccatū hoc modo. s; hoc nō potest dici /
qz stat cū statuto predicto q̄ nato in octobri deus velit da-
re gloriā et gratiā citra summū.] ¶ **Alia est opinio quam** **Alia op̄s**
tenēt multi doc. vt Bre. in secūdo / & Bonauētura / q̄ origi- **nio de**
nale q̄stum ad substratū. i. materiale / nihil aliud est q̄ fo- **pctō ori-**
mes / qui multis nominib⁹ nominatur / scz qualitas morbi- **ginali.**
da / lex mēbrorum rē. ita q̄ peccatū originale est fomes exi-
stēs subiectiue in anima: et idē fomes qui nunc est in me /
erat originale anteq̄ essem baptizat⁹. ideo originale q̄stū
ad substātiā remanet post baptismū / sed nō pro formali: qz
connotat q̄ sit deacceptatio ad vitam eternā: et ratione
huius originale opponitur iustitie originali: qz iustitia ori- **Quid ius**
ginalis nihil aliō est q̄ donū supernaturale gratuitū quo **titia ori-**
inferiores potētie reddunt subiecte superiori parti rōnis. **ginalis.**
sed fomes facit oppositū: qz reddit vires inferiores rebel-
lātes ratiōi. ideo iste fomes & iustitia originalis repugnāt
omnino: cū habeant effectus omnino repugnātes: et pro-
pterea qz iste due qualitates habēt effectus omnino repu-

De peccato

gnantes / et una dicitur iustitia originalis: ex opposito altera debet dici peccatum originale. Ideo secundum istos nihil aliud est peccatum originale quam fomes. et ista opinio videtur esse Aug. ut allegat Grego. in secundo. ¶ His visis queritur consequenter / in quo est subiective peccatum originale / vel in carne vel in anima? Et videtur quod in anima / quia caro non est subiectum peccati nisi illud sit extrinsece peccatum / ut sunt operationes exteriores. igitur. et si sic / vel est effectiue solum ab ipso deo / et hoc non: quia esset causa peccati. vel ab aliqua qualitate existente in carne / et hoc non: quia qualitas corporalis non agit in spiritum. Dico quod ipsa qualitas morbida que est originale / est in ipsa anima / reddens ipsam pronam ad concupiscendum ea que apparent corpori bona vel delectabilia. ideo talis est effectiue ab aliquo existente in carne / non a deo / quia non potest esse effectiue se solo causa peccati. nec ab anima nec ab aliquo existente in anima solum: quia deus creat illam nudam sine habitibus. ergo necessario oportet quod sit effectiue ab aliquo existente in carne. ¶ Contra / corpus non agit in spiritum. hoc negatur: immo actione intentionali corpus agit in spiritum. obiectum enim causat partialiter notitiam sui in animam vel in angelum presentem: et sic corpus agit in spiritum. Eodem modo non est inconueniens aliquam qualitatem esse in anima que reddat animam concupiscibilem eorum que apparent corpori delectabilia / que quidem qualitas erit producta a qualitate existente in corpore. ¶ Contra / illa qualitas est alicuius intensio: ergo non potest in primo instanti in quo anima infunditur corpori / ab aliquo agente produci: quia purum agens naturale finitum non potest producere effectum in instanti / quantumcumque sit actiuum / sed solum in tempore. Queritur ergo cum in corpore non sit aliquod agens quod possit illam qualitatem in instanti producere / et certum est quod contrahit originale in instanti infusionis anime / a quo produci-tur? Difficile esset dicere a quo produci-tur talis qualitas / tenendo quod agens naturale non agit in instanti / nisi dicatur cum hoc totum quod produci-tur a solo deo. Dico tamen quod oppositum est multum probabile / et probabilius / videlicet quod agens naturale potest producere effectum suum in instanti. nam agens naturale non habet resistenciam / in passum produci-tur effectum suum in instanti. habetur ergo quod illa qualitas produci-tur a qualitate existente in corpore: et est quid positiuum per materialis: sed per formali importat aliquid priuatiuum. [Sequere-tur eodem modo quod ignis ex sua natura posset agere in spiritum. hoc consequens communiter negatur. sequela patet / postquam corpus potest agere in animam. nec valet dicere quod corpus potest agere actione intentionali / sed non reali: quia qualitas illa morbida non esset intensibilis / quia nec notitia / nec volitio vel nolitio / nec passio sequens ab aliqua illarum. ergo non videtur quod qualitas esset / nisi dicatur

Corpus
agit in
spiritum.

Agens na-
turale po-
test esse
etiam pro-
ducere in
instanti.
Additio.

tur qualitas realis et naturalis. Dicendum est quod est qualitas intentionalis solum: et licet non sit passio proprie dicta: natura tamen passionis insequitur. ¶ Difficultas. sit sortis adultus non baptizatus habens originale. volo quod baptizetur: et quando baptizatus peccet mortaliter. non suscipit gratia. an in ipso remittatur originale vel non? Non potest dici primum: quia nunc potest remitti peccatum impossibile gratie quin infundatur gratia. originale est impossibile gratie: quemadmodum et mortale. ergo non potest remitti quin infundatur gratia. et non remittitur tunc. queritur ergo quando postea remittetur? videtur quod postea non remittatur: quia non potest remitti originale nisi per baptismum: qui est institutus contra originale. Dico quod tunc non remittitur: scilicet cum baptizatur: quia ponit obicem. sed postea remittetur: non virtute penitentiae: sed baptismi suscepti: et de illo originali non oportet nec atteri: nec periri: nec confiteri: quia sicut non libere pertrahitur: ita non requirit nolitionem qua nolle fuisse in originali: sed oportet periri de obice posito: quod peccabat eo tempore quo suscipiebat baptismum: et in illa contritione de obice posito: virtute sacramenti baptismi remittuntur omnia que fuissent pro tunc remissa si non fuisset positus obex: et non oportet agere penitentiam de peccatis prece detibus: sed tantum de illo peccato quo posuit obicem. ¶ Alia difficultas. Qua pena puniatur originale? Bre. dicitur quod pena sensus: et adducit multas auctoritates Augustini: sed est nimis rigorosus: ideo vocatur tortor paruulorum: et probabilior opinio est quod puniuntur solum pena damni: hoc est quod in anima eorum nunc erit tristitia: nec in eorum corpore dolor post resurrectionem: sed solum habebunt perpetuam carerem visionis eterne. ¶ Contra. habent nolitiones detineri: et tamen detinentur. vellent habere beatitudinem: et non habent. et ista sunt cause sufficientes causare tristitiam. Similiter post resurrectionem corpora eorum non erunt impassibilia: quia non resurgent cum dotibus. ergo applicato nociuo habebunt dolorem sensuum. Dico quod nollent esse miseri et damnati: et sciunt se esse damnatos: sed deus impedit quod ex illa apprehensione cause tristitia in eis: quia non percurrat cum illa causa particulari ad causandum tristitiam. Similiter post resurrectionem quibus habebunt corpus passibile: nunc deus cum quocumque nociuo concurreret ad causandum passionem in ipsis. ideo non erunt impassibiles simpliciter: sed ex dono dei non concurrerent ad causandum qualitatem afflictivam in ipsis. Ad auctoritates Augustini quod patiatur ab igne: dico quod in igne habebunt penam damni: non quod ab igne patiatur penam sensus: et immutentur ab eo: sed quod ibidem detinebuntur.

Qua pena puniatur originale.

¶ Secunda divisio peccati.

Cap. 11.

De diuisione peccati in

Peccatū
quadru-
pliciter dicitur
veniale.



Consequenter videndum est de secunda diuisione peccati: scilicet actualis in mortale et veniale. quod autem sit veniale dicit Dionysius in secundo quod peccatum quadrupliciter dicitur veniale: scilicet ex causa: ex effectu siue ex euentu: ex parte operis operantis: et ex parte operis operati. Primum quoniam causa est talis quod peccato inde sequenti debet venia (ut quoniam peccatum mortale etiam procedit ex ignorantia) dicitur veniale ex causa: quia causa est ratio venie. et ideo beatus Paulus dicit: Veniā consequutus sum: quia ignorans feci. Secundum est quia iam remissum est in effectu: et sic peccatum mortale de quo quis puniatur dicitur veniale in effectu. Tertio est quando quis mouetur ad peccatum mortale: et tamen reprimat illum motum antequam deliberate exeat in effectum: ut motus secundo primum est venialis isto modo. nam tali motu mouetur ad contrarium rationis: et talis motus est ad mortale: tamen quia alliditur ad petram. id est per imperium rationis remittitur vel totaliter corrumpitur: ita quod non exit contra rationem seu in contrarium rationis deliberate: est solum venialis: ut motus ad illecebriam indeliberatus et imperfectus. Quarto modo est quod licet exeat in opere: est tamen veniale: ut quis consentiat plene: adhuc est peccatum veniale: quia illa materia circa quam est: est solum venialis: ut mendacium iocosum. De peccato veniali duobus primis modis non est questio: quia illud est mortale. Queritur ergo vnde peccatum dicitur veniale tertio vel quarto modis? Et difficultas est apud doctores vtrum peccatum de acceptatum solum ad penam temporalem sit veniale in se: hoc est quod ex natura actus solum sit dignum pena temporalis: ita quod ex natura actus non possit imputari ad penam eternam: vel solum ex misericordia dei de acceptatum solum ad penam temporalem: vbi tamen posset ad eternam imputari? Respondet dominus de Serfano per talem propositionem: Omne peccatum ex parte ipsius actus pro quanto est difformis rationi: et contra legem dei: est mortale et offensiuum dei ex indignitate eius. Ex quo sequitur quod nullum peccatum quantum est ex parte actus: est veniale: sed mortale. et nititur probare hoc Serfano aliquibus rationibus. Prima. de quodcumque peccatum etiam: ex indignitate actus quia offensiuum dei: et contra legem eius: posset punire pena eterna: et pena annihilationis: et breuiter omni pena possibili: et non nisi peccatum ex sua indignitate hoc demerisset: igitur omne peccatum est mortale. Secunda ratio. illud peccatum veniale si nunquam remitteretur quo ad culpam: puniretur pena eterna. et illa est apparentia maxima per opinionem sancti Thome. dicentis quod veniale adiunctum mortali puniatur pena eterna. igitur quantum est de se et ex natura actus: est mortale. quod autem culpa non re

Propositio.

mittatur in inferno | p̄t̄z: culpa nunq̄ remittit̄ nisi infun-
 datur gratia: q̄z quicquid de⁹ sanat | perfecte sanat: sed in
 inferno nunq̄ remittit̄ culpa: ideo punitur eternaliter.
Tertia ratio. illud peccatū est infinite malitie q̄d pro quo
 cuiq̄ bono siue finito siue infinito non est faciendum nec
 cōmittendū. sed veniale est huiusmodi. igitur est infinite
 malitie. Ex quo infert corollarie q̄ pct̄m veniale est solum
 veniale ex m̄ia dei | et nō ex natura act⁹. hoc est dictū | de⁹
 ex misericordia sua ratione illi⁹ peccati nō aufert gratiā |
 que t̄n ex natura act⁹ esset auferenda | sed ex misericordia
 sua solū punit illum actū pena tēporali | qui t̄n ex ratione
 actus esset pena eterna puniendus. Et sc̄dm istos pecca-
 tum veniale est illud q̄d solum ex misericordia dei ad pe-
 nam solū tēporalē imputat̄. **Dicit̄ ergo veniale eo q̄ rone**
 ipsius non perdit̄ gratia que est vita anime: et mortale q̄z
 ratione ipsius perditur gratia: vel perderetur si haberet̄:
 et infert carentiā vite puta gratie: z ratione illius infligi-
 tur pena eterna. habet̄ ergo ex ista opinione q̄ quodlibet
 peccatū est mortiferū: sed aliquod dicit̄ veniale solum ex
 misericordia dei non imputātis illud ad penā eternā. S̄z
 est apparentia cōtra hanc opinionē | z maxime de opera-
 tionibus que non sunt peccata nisi p̄hibita: vt capio actū
 indifferentē p̄hibitū solum sub pena vni⁹ diei in purgato-
 rio. talis actus nō est malus nisi q̄z p̄hibit⁹: et est pct̄m ve-
 niale: vt notū est. Igitur non habet maiorē malitiā ex par-
 te actus q̄ habeat ex parte p̄hibitionis. sed illa est solū tē-
 poralis: igitur ex parte actus solum est demeritori⁹ pene
 temporalis: ergo ex parte actus nō est mortalis | immo nō
 esset malus nisi prohiberetur sub illa pena. Respondet̄ di-
 cendo primo q̄ implicat contradictionē q̄ deus p̄hibeat
 aliquē actū sub quacūq̄ pena etiā minima: z q̄ ille actū
 est ex parte sui | non sit mortalis: ita q̄ implicat q̄ sit p̄hi-
 bitus | z non sit mortalis. Probat̄. implicat cōtradictio-
 nem q̄ sit aliquod peccatū solum finite malitie: imo quis
 contra legē dei | est infinite malitie: et q̄z dei offensiuū | est
 infinite malitie. sed om̄e peccatū est offensiuū dei. igitur
 eo ipso q̄ est contra legem dei | est mortale. Secundo dico
 q̄ potest prohiberi solum sub pena temporalī infligenda.
 Dico tertio q̄ eius malitia est maior q̄ sit reatus seu obli-
 gatio ad penā: ita q̄ fm̄ istum respectum | q̄z ille actus est
 contra legē dei | insurgit in peccatore vna indignitas ma-
 ior q̄ sit quecūq̄ pena tēporalis quā de⁹ posset infligere.
 et ratio huius est | q̄z quacūq̄ pena posita | vel quocūq̄ po-
 sito malo tēporali | est minus fugiendū q̄ sit ille actus cō-
 tra legem dei.

*scotus tunc f q̄
 punitur pe-
 na temporalī*

*Peccatū
 veniale.*

*vt est de ma-
 tio fct̄nce*

¶ An veniale possit esse mortale. Cap. xxi.

An pctm veniale possit esse mortale.

Queritur cōsequenter vtrum peccatū veniale possit effici mortale? et apparet q̄ sic: qz peccatū illecebre per successionē tēporis efficiē mortale | qđ tñ prius erat veniale. ergo. In op̄positū arguit: qz sunt due diuerse species: et vna in aliā trāsire non potest. ¶ Pro solutione notādū q̄ questio duplicē pōt habere sensum. Primus vtrū id qđ modo est veniale | vt actus volūtatis | stante lege iam posita possit effici mortale. Scđs sensus | an actus qui iam est peccatū veniale simpliciter ⁊ absolute | superueniēte lege noua vel nouo precepto vel nouo voto possit effici mortale. et s̄m Tho. adhuc pōt intelligi in alio sensu | puta vtrū possint multiplicari venialia intantū q̄ ipsa simul iuncta equiualebūt vni mortali. i. obligabūt ad tantam penā ad quantā obligat vnū mortale. Si loquamur in primo sensu | adhuc est questio de illo qđ est veniale extrinsec. i. de actu exteriori | vel de illo qđ est veniale immediate. i. de actu interiori. ¶ Quātū ad primū | an scz actus exterior qui de facto est veniale peccatū | possit effici mortale: dico q̄ sic. nam possumus cōtinuare eandē ambulationē. ppter finē mortale | que prius cōtinuabat ppter finē veniale. igit̄ non est difficultas de exteriori actu quin primo veniale possit esse mortale. Restat ergo inquirere de interiori actu | puta vtrū illa eadē volitio que nunc est peccatū veniale | possit effici mortale. Quātū ad hoc | Ockā et doctores dicētes q̄ illa volitio que non habet finē p̄ obiecto | sed est causata a volitione finis solum | superueniente alio fine manet eadē: habent p̄cedere q̄ illa volitio media que non habet finē p̄ obiecto partiali | remanet eadē trās eunte volitione finis: imo superueniēte volitione alterius finis | talis pōt esse successiue ⁊ venialis et mortalis: vt habeo volitionē vane glorie venialis: ex ea elicio volitionem eūdi ad ecclesiā: ita q̄ illa volitio eūdi ad ecclesiā non hz vanā gloriā p̄ fine | neqz p̄ obiecto: talis ē venialis. supposito q̄ desistā ab illa volitione vane glorie | ⁊ nihilomin⁹ volo ire ad ecclesiā: ⁊ incipiā habere finē volitionis mortalis | puta occidēdi aliquē in ecclia: illa eadē apud Ockā effici tur successiue venialis ⁊ mortalis. Sz q̄stio est de illa q̄ est venialis ⁊ mala ex obiecto: vt volo mētiri iocose | an talis q̄ est mala ex obiecto | ⁊ venialis solum | possit fieri mortalis? Dico q̄ pōt effici mortalis p̄ nouū preceptū: vel p̄ votū superueniēs. Un̄ dicit Diony. circa finē secūdi q̄ veniale potest effici pars mortalis: sed nō pōt effici mortale. Sed dico q̄ malū ex obiecto | et venialiter solū | pōt effici mortale. nā deus pōt precipere q̄ act⁹ indifferēs | sub pena pctm mortalis nō cōtinuet. tunc si p̄tinuet | etiā actus erit mor

An venia fuerit cōposs. iust. ori. Fo. cxij.

talis. Similiter a fortiori pōt phibere illud qđ est veniale / sub pena mortalis. tūc si cōtinuet / erit mortale. Similiter qđ pōt vouere qđ non mētietur iocose. si cōtinuet / illud mē daciū post votū emissum erit mortale. ergo apparet qđ eadē volitio successiue pōt esse venialis et mortalis. dicit ad hoc Dio. qđ peccat mortaliter: qz vult mētiri iocose contra preceptū vel contra votū: z hoc qđ erat prius veniale / efficitur pars mortalis: et illa eadē volitio que prius erat venialis / efficit mortalis superueniēte voto vel nouo pcepto. **Difficultas.** ponat qđ solū emittat votū qđ nō peccabit venialiter deliberate p totā hanc horā. iam in ista hora velit mētiri iocose deliberate. an talis volitio sit mortalis / vñ venialis? Si mortalis: ergo per illā nō transgredit votū de nō peccādo venialiter. Si venialis: ergo trāsgredit votū. ergo est mortalis. forte dices qđ nō peccare venialiter / non pōt esse materia voti: qz votū est de materia licita / et etiā cuius oppositū est licitū / puta de cōsilijs. sed supposito qđ possit votū fieri de preceptis / dico p solutiōe argumēti qđ illud votū est intelligēdū / nō peccabo venialiter. i. nō exercebo actū qui alias secluso voto esset peccatum veniale. ideo illa volitio est mortalis. **Cōtra** / ergo per eā nō peccat venialiter. pcedo. ergo non transgredit votū: nego consequentiā: qz intelligitur non peccabo venialiter. i. non eliciā actum qui secluso voto esset venialis. Prīmū igitur dicitū verū est / puta qđ veniale pōt effici mortale. ¶ **Alia difficultas.** An veniale possit effici mortale ex cōsuetudine / vñ solū ex circūstantia persone? Dicit p̄muniter doctores qđ veniale ex obiecto / si non superueniat preceptū vel votū / ex quātacunq; cōsuetudine vel quātacunq; dignitate non pōt effici mortale. Qđ ex quātacunq; cōsuetudine nō fiat mortale / dūmodo non superueniat alia noua circūstantia / patet / qz secundus actus non aggrauat infinite / ergo quātuncunq; frequētetur talis actus / nō efficit mortalis. Si circūstantia psone nō aggrauat infinite: z si mutaret in mortale / aggrauaret infinite: vt simplex fornicatio in plato est semp simplex fornicatio / quīs pp dignitatem sit grauior qđ in altero. ergo ex quātacunq; circūstantia psone / nō mutata spē neq; etiā psuetudine / nō pōt veniale ex obiecto effici mortale. Sequit iterū alia difficultas de pctō veniali.

¶ **An veniale fuerit cōpossibile iustitie ori- ginali.** Capitu. xxiij.



Verū veniale fuerit cōpossibile statui innocē- tie / hoc est / an sicut veniale hz cōpossibilitatē ad gratiā gratū facientē (qz vocatur ideo veniale / qz nō aufert gratiam) similiter habeat cōpossibilitatem ad iustitiam originalem?

An pctm veniale fuerit cōpossibile

¶ Pro solutione notandū q̄ hec questio dupliciter pōt in-
telligi. Uno modo sic / vtrū entitas que nūc est peccatū ve-
niale / potuisset elici ab eo q̄ habebat iustitiā originalē: s; r-
atione stat⁹ fuisset peccatū mortale: z ita ex demerito ei⁹
fuisset perdita iustitia originalis? Secundus sensus: vtrū ip-
sa iustitia originalis ita subdiderit ipsas vires inferiores
parti superiori rōnis / q̄ p̄ tunc fuerit homo impossibilita-
tus ad eliciendū actū qui nūc est pctm veniale: ita q̄ non
potuisset elicere actū venialem anteq̄ peccasset mortali-
ter? ¶ Pro solutiōe sit prima p̄positio. Veniale ex opere
operātis / hoc est p̄pter imperfectionē ipsius deliberatio-
nis / nō fuisset p̄possibile iustitie originali / quēadmodū sūt
primi mot⁹ / vt primus mot⁹ ad gulā / ad luxuriā zc. nō pri-
mo primi: sed secūdo primi qui ponunt a doc. venialia / nō
fuerunt cōpossibiles iustitie originali. et oēs in hoc conue-
niūt: qz iustitia originalis reddebat sensualitatē subiectā
portioni superiori ratiōis: ita q̄ iustitia originali stāte / nō
potuisset insurgere motus cōtra iudiciū ratiōis: ergo re-
pugnabat q̄ in habēte iustitiā originalē fuisset talis mot⁹
venialis rōne indeliberatiōis. S; difficultas est de venia-
li ex opere operato / id est ex obiecto / quod veniale est p̄fe-
cte deliberatū / vt de mēdacio iocoso: an tale fuerit cōpossi-
bile iustitie originali? ¶ Tenet sanctus Thomas z multi
ex antiquis q̄ nō: z difficultas hui⁹ materie est circa distin-
ctionē supradictā. Dicunt isti doctores q̄ veniale ex obie-
cto nō est p̄possibile iustitie originali. Querit ergo ab ipsis
vtrū talis impossibilitas pueniat ex eo q̄ habēs iusti-
tiā originalē / si eliciisset velle mētiri iocose / peccasset mor-
taliter rōne talis stat⁹ / et sic fuisset p̄dita iustitia origina-
lis: vel solū p̄pter hoc q̄ habēs iustitiā originalē nō potuis-
set tale veniale elicere? Si dicas primū: tunc ponatur q̄
Adā eliciisset velle mētiri iocose. sequitur q̄ in primo in-
stanti elicitionis non habuisset iustitiā originalē: z per cō-
sequēs fuisset extra statū innocētie. ergo talis actus non
fuisset mortalis ratiōe illius status. z hoc argumentū est
multū apparēs. ¶ Preterea si iste stat⁹ / puta nature lapse
faciat q̄ ille actus q̄ alias fuisset mortalis / de facto sit solū
venialis: ergo stat⁹ nature lapse infinite diminuit de gra-
uitate pcti (qz veniale est in infinitū minus q̄ mortale) et
si in infinitū diminuit de vno: ergo z de quolibet. z ultra:
ergo quodlibet pctm pro statu nature lapse erit solū venia-
le. Patet / qz eadem ratiōe in infinitū diminuet de graui-
tate homicidij. et nō pōt in infinitū diminuere de homici-
dio quin ipsum faciat transire in aliam speciē peccati: qz
duo peccata eiusdē speciei / neutrum alterz excedit infinite:
neqz est in infinitū peius alio. [Dato q̄ nullū pctm eiusdē

Prima p̄
positio.

Additio.

speciei sit peius altero infinite / non sequitur ex hoc q̄ omnia peccata huius stat⁹ essent venialia: qz in genere peccati mortalis vnū peccatum mortale est infinite peius altero: sed ex hoc videtur concedendū q̄ nullum peccatū cōmissum in statu innocentie / esset eiusdem speciei peccati in esse peccati cū peccato circa eandē materiā in isto statu.] ¶ Aliud argumentū etiā potest fieri de leuatione festuce / et sic / ista opinio non videtur multū probabilis / vcz q̄ tale peccatū veniale fuisset mortale ratioe status. ⁊ nullus doctor illā tenet / q̄q̄ alias fuerit defensata in scholis. Dicit sanctus Thomas q̄ veniale est incōpossibile iustitie originali ad istū sensum q̄ non fuit possibile habētem iustitiā originalem / p̄ primo peccato elicere illū actū qui solū esset venialis. Et forte ratio sua est / qz omne veniale ex obiecto est in inferiori parte rationis. Cū ratio diuiditur in duas portiones / in superiorē / que respicit obiectū increatum: ⁊ effectus p̄prius ipsius iustitie originalis erat nō solū subdere sensualitatē rationi: sed etiā portionē inferiorē rationis portioni superiori: ita q̄ inferior pars rationis nō potuisset moueri ad aliquid nisi sc̄dm leges eternas quas superior portio rationis cōsiderat. sed peccare venialiter repugnat legibus supernis. ergo stāte iustitia originali nō erat possibile elicere actū venialem. ergo similiter stante iustitia originali non fuisset possibile sensualitatē moueri ad illecebrā neq̄ ad iram. Contra hoc est solū vnū fortissimū argumentū. Si deus potuit / ⁊ de facto p̄hibuit Adne ederet de fructu ligni vetiti sub pena peccati mortalis / etiā potuit p̄hibere solum sub pena peccati venialis: quia talis esus non est mortalis de se. et si prohibuisset solū sub pena peccati venialis / Adā potuisset equaliter elicere illum actū / volo edere de tali fructu / posito etiā illo precepto. ergo illud peccatum. s. veniale / qd̄ est venialiter malū qz p̄hibitū / non repugnat iustitie originali ex natura ipsi⁹ iustitie originalis. ⁊ est argumētū fortissimū in hoc p̄posito. Aliud argumētū pōt fieri. Adā in statu innocētie obligabatur non mētiri iocose. ergo poterat illud transgredi / qz nō datur preceptū nisi de illo quod potest adimpleri et trāsgredi. Aliq̄ dicunt verū eē q̄ de potētia absoluta iustitia originalis nō repugnat veniali / sicut charitas de potētia absoluta nō repugnat mortali: s; de lege statuta repugnabat veniale iustitie originali: s; non de potētia absoluta. et sic argumētū faciliter solueret: qz quēadmodū dicerem⁹ de mortali ⁊ gratia p̄ statu isto / ita dicerēt de veniali ⁊ iustitia originali p̄ statu innocentie. Aliter dicit Sco. in sc̄do q̄ veniale ex obiecto / et nō ex impfectione actus / est cōpossibile iustitie originali. ⁊ rationes ei⁹ possunt esse

An veniale aliquñ puniat eternaliter?

Ille que cōmuniter fiunt contra. S. Tho. S3 arguitur ap-
parenter ptra Sco. si aliquis voluisset in tali statu nature
integre mētiri iocose: ex illa repetitiōe frequēti illius act⁹
potuisset generari vnus habitus multū intensus qui fecis-
set difficultatē ad eliciendum actum contrariū: qz habit⁹
habet hoc ex natura sua. ergo aliquis pro tali statu habuis-
set repugnantia et contrarietatem et rebellionē ad bene-
faciendū. et tamē hoc ponitur vnus effectus iustitie origi-
nalis/puta nullam pati difficultatē et rebellionē ad bene-
agendū. Preterea si tunc peccasset venialiter / quomodo
fuisset peccatū remissum / et pena soluta: qz Adam in tali
statu erat impassibilis: ergo nō potuisset pati penam in ta-
li statu p veniali / et sic mansisset impunitū. Ad primum
dico q Adam potuisset reiterare sepe / sed non fecisset. et
negatur psequētia / puta q potuisset generari habitus: qz
iustitia originalis que se habebat per modū habit⁹ / est in-
cōpatibilis habitui inclinanti ad ventale: quā nō sit incō-
patibilis actui. nam de ratione iustitie originalis erat dif-
ficultatem puenientē ex parte agētis excludere. ergo in
Adā non fuisset genit⁹ talis habitus. ¶ Quātum ad secū-
dum dicitur q fuisset illud veniale remissum per bonum
motū dilectionis: et fuisset satisfactum non per penā / sed
per feruentem actum amoris in deum. et sic patet de istis
duab⁹ opinionibus: quarū quelibet est pbabilis. [Facilior
est opinio Scoti: sed argumentū de habitu mentiendi est
multum apparēns. Nec sufficit dicere q iustitia originalis
phibuisse generationem habitus: qz sequeretur hoc mo-
do q nullus habitus fuisset genitus in illo statu / vel saltē
solum habitus boni v' indifferētes: et cū actus bonus pōt
fieri malus / et similiter indifferēs: tūc volo q postq habit⁹
est genitus / q sub pena veniali phibeatur talis actus et c.]

¶ An veniale aliquñ puniatur eternaliter. Ca. xxiiij.



Consequēter queritur de veniali quo ad puni-
tionē / vtrū aliquando puniat eternaliter / vel
semper solū tēporaliter: et ista difficultas agi-
tatur a Scot. et. S. Tho. Nam dicit Sanctus
Tho. et multi antiqui q veniale si fuerit iun-
ctum mortali / punietur eternaliter. Nā vt no-
tū est / aliq⁹ potest decedere p̄cise cū vno mortali / et vno ve-
niali. talis sic decedēs puniet p veniali nō in purgatorio /
s3 in inferno / qz erit damnatus: et puniet eternaliter in in-
ferno p veniali: dicit. S. Tho. Rō prima est: qz in inferno
nulla est redēptio: ergo non punietur in inferno aliquñ pl⁹ /
aliquādo min⁹. sed aliquādo in inferno puniet p veniali:
als remaneret impunitū: ergo semp in inferno puniet illa
pena p veniali. Scōm motiū apparenti⁹ est / peccatū ve-

Vide
Scotum
xxj. di. q. r.
ti. q. p. r.
ma.

An veniale aliquñ puniat eternalr. Fo. cxliiij.

niale in quo decedit cū mortali / nunq̄ remittetur quo ad culpā: ergo etiā nunq̄ remanebit sine pena. Patet. secundū oēs doctores nunq̄ peccatum saltem actuale postq̄ commissum est / potest remitti nisi per aliquem bonum motum: etiā quis applicetur sacramentū / requiritur aliquis bonus motus. sed in isto nō potest esse bonus motus: qz dā natus nō potest bene moraliter agere: ergo non potest veniam cōsequi de illo. Item nunq̄ remittitur peccatū quo ad culpā q̄ diu placet: sed verisimile est q̄ placet dā natis commississe peccata. ergo. Ratio igitur quare veniale punietur eternaliter: est qz nō potest remitti quo ad culpā. Discrepancia est de pena que debet adhuc p mortali remisso et de veniali. quādo em̄ mortale est remissum quo ad culpam / adhuc est obligatio ad penā. Dicūt multi Thomiste probabile esse q̄ in inferno solum temporaliter puniat pro mortali remisso / qz solum restat sustinere talem penā: sed veniale non est remissum quo ad culpā. ideo oēs Thomiste cōcordāt q̄ eternaliter pro veniali punietur. **C**ōtra hoc instatur apparēter primo: sequerēt q̄ veniale puniret ad cōdignū / immo supra cōdignū. Patet / veniale est solū dignū temporali pena / et puniret eternaliter: ergo supra cōdignū. Itē sequit̄ q̄ aliq̄s tm̄ vel plus puniret pro veniali sicut p mortali. psequēs est falsum: quia mortale quantūcūq̄ paruum est in infinitū maius q̄ veniale quātūcūq̄ magnū: ergo nō puniretur secundum equalitatē proportionis peccati ad peccatū: ergo deus esset iniustus. patet sequela. sortes punitur eternaliter gradu distincto pene pro mortali / et alio gradu distincto pene p veniali: qz puniret diuisibiliter plus q̄ si decederet i solo mortali. tūc sic. Iste gradus pene quo punitur eternaliter vltra penā que debet adēquate mortali / nō est in infinitū minor illo qui respondet mortali. ponat̄ q̄ sit i decuplo minor: ergo illud veniale tātum punitur in inferno q̄tum puniretur subdecuplū mortale ad illud in quo decedit. sed hoc est falsum: igit̄ et illud ex quo sequitur. et hoc argumentum est apparens. tamen respōdet: cum sic arguitur / sequitur q̄ aliquis pro veniali tātum puniretur sicut p aliquo certo mortali / nego p̄nam. Dico tm̄ q̄ puniret eternaliter pena sensus p veniali: qz perpetuo durat culpa: s; nō puniret eternaliter de per se pena dāni: sed solum p mortali. Dico secūdo q̄ illa pena sensus debita veniali est in infinitum minor pena q̄ pena qua puniret p mortali. Un̄ illud q̄d puniret aliq̄ pena q̄ nō puniret nisi rōne adiūcti / nō puniret illa pena p se. et lz veniale puniat eternaliter pena sensus et pena dāni: hoc tm̄ est ratiōe adiūcti: ergo nō puniret de p se / sed de p accidēs. Dico tertio q̄ in infinitū min⁹ eternaliter puniret p veniali q̄ p

Uide sco. j. dist. iij. q. iij. xvj. dist. q. j. et xix. dist. iij.

*Est omnium rector theoloo & q̄ dicit semp
primat supra condonum & p̄nomica
tra condonum: - primus p̄nomica
vra h̄are de sp̄ a sua misericordia*

An veniale aliquñ puniat eternaliter.

mortalis in ratione pene: et ratio est. In infinitum est peius ei puniri pro aliquo de per se quā de per accidēs. Ultra est in infinitum peius tali pena puniri pro mortali quā pro veniali: sicut cōmuniter dicūt docto. si eadem pena sensus que iam infligitur dānato pro culpa infligeret alicui sine culpa non esset ei pena sicut illi qui punitur pro culpa: ut carentia visionis diuine nobis existētibus viatoribus nō est nobis pena quia nō infligitur pro culpa: sed post mortem erit pena quia infligetur pro culpa. Dico ultra quod eadem carentia in numero pro maiori peccato est maior pena et pro minori est minor: propterea quia pena dicit respectum ad culpam. Ex quo sequitur quod illud quod infligitur pro mortali est in infinitum maior pena quā illud quod infligitur pro veniali: quia infligitur pro aliquo quod in infinitum excedit culpam venialem: ideo in genere pene est in infinitum maior quā illud quod infligitur pro culpa que est in infinitum minor in ratione culpe. Dico ergo quod dolor in inferno pro veniali non est in infinitum minor gradualiter quā ille qui infligitur pro mortali: sed est in infinitum minor in ratione pene. Alius est modus dicēdi Scoti quod solum temporaliter punietur in inferno pro veniali iuncto mortali: et hoc est multum probabile. Et ad rationes aliorū dicentū quod in inferno non est redēptio: dico quod non est redemptio ereptiua: hoc est a toto sed bene a parte pene: puta ab illa que infligitur pro peccatis dimissis in hoc mundo vel pro veniali. Ad secundū cum dicitur veniale nō potest remitti quo ad culpam: ergo neque quo ad penā: et realiter manet culpa. et est precipua ratio quare punitur eternaliter peccatum. eodem modo de veniali non potest remitti in inferno cum non habeat bonum motū ratione cuius remittatur. Dico quod potest remitti per satisfactionem absque bono motu. Unde sicut Scotum duplex est modus remittendi veniale. Unus modus est satisfactio. i. per actionē et operationē illius qui peccauit venialiter. Alius modus est per satisfactionē quā ille qui illud cōmisit patitur penā ad quā obligat peccatū. et dicit Scotus de ratione venialis est quod solum ad penā temporalē obliget: ideo per satisfactionem in inferno remittitur. [Scotus tamē non manet fixus in soluendo: ut patet distinctione. xxi. quarti. sed hec solutio est ab eo acceptanda. Contra istum modum dicendi est argumentū tale: sequeret quod inuite perderet culpā. patet sequela extra gratiam peccauit mentiēdo iocose: et complacet ei illud in inferno. tunc illud inuite remitteret. sed hoc non videtur concedendum in via ubi requiritur bonus motus.

¶ De primis motibus.
Capitulum. xxiiij.

Additio.

Nunc agendū est de pctō veniali ex parte operis operātis: et primo de primis motibus: quid sit motus/ et in quo sit subiectiue: et vtrū omnis motus primus ad obiectū illicitum et phibitū/ sit peccatum veniale. Dicitur q̄ motus nihil aliud est q̄ quedā qlitas partis sēsiue cōsequēs apprehensionē simplicē subiecti/ ipsum suppositū inclinās ad prosecutionē illi⁹ obiecti vel fugā. Unde experientia docet q̄ apprehēsis obiectis sub ratiōe conuenientis/ causat in nobis quedam qualitas que nos mouet ad psequutionē illorū obiectoz. Similiter apprehēsis obiectis sub ratiōe disconueniētis/ causat in nobis quedā qualitas in parte sēsiua inclinās nos ad fugam illi⁹ obiecti: vt notum est. Et voco motus primos q̄ non sunt deliberati pcedētes omnē deliberationem. ¶ Difficultas est vtrū sint reperibiles in voluntate quemadmodum in sensualitate? Et dicit q̄ sic. Patet: qz experimur nos moueri istis motib⁹ apprehēso obiecto solū apprehēsiōe intellectiua/ etiā vbi nulla pcessit sēsiō: vt i absētia obiecti q̄a potest illud apprehēdere/ et hoc apprehēsiōe intellectiua: qua stante statim mouet ad psecutionem vel fugam illi⁹ obiecti: et non nisi motu volūtatis. igitur. Secūdo experimur nos moueri istis motib⁹ in obiecta nō sensibilia/ vt in beatitudinē/ q̄ nō est circa sensibilia. illa em̄ apphēsa statim insurgit appetitus illi⁹: et nō nisi in voluntate. ¶ Queritur igitur postq̄ p certo habet et omnes concedunt primos motus reperiri in voluntate: vtrū voluntas respectu illoz motuū se habeat pure passiue/ vel se habeat aliq̄ mō actiue. Respondet roset⁹ q̄ se habet pure passiue/ et nullo modo actiue respectu p̄mior motuū/ seu respectu motuū pcedentiū omnem deliberationem: quod idē est. et facit tres ratiōes. Prima: Omne agēs liberū quā docūqz agit/ agit libere. s; volūtas si libere ageret illos mot⁹/ peccaret mortaliter: s; nō peccat mortaliter/ et est agēs liberū: igit nullo modo agit. Secūda: Volūtas i ordine ad istos mot⁹ nō plus se habet actiue q̄ sensus ad sēsiōes: sed sensus respectu sēsiōnū se habet pure passiue. igit. Tertia rō est qz nullum passum agit illū effectū a quo ipsum patit: et si agat/ agit vt causa libera. sed voluntas patit seu recipit p̄mū motū: igit nō agit illū: vel si agit/ mere libere agit. sed hoc nō/ quia peccaret mortaliter: igit. Sed quodlibet istoz quod assumit/ ē falsū: ideo argumēta sua parū valēt. p̄mū em̄ est falsū: sicut et scōm/ qz sensus actiue cōcurrit ad sēsiōes. similiter p̄mū assumptū est falsum: qz aia est agēs liberū/ et tamē naturalit̄ pducit intellectiōes. Tertii dictū similiter est falsū: qz intellect⁹ in se pducit intel

Motus
qd sit.

Rosetus.

De primis

lectionē / et tamē mere naturaliter pducit. S; ista ppositio est bene vera / Nunq̄ aliqd agēs est causa totalis alicuius effect⁹ quē immediate in se suscipit: nisi sit causa libera. et ratio est / q; alias semper illum effectum haberet i se. esset enī inconueniēs q̄ esset causa naturalis et totalis / et non ageret / cū necessario agat omnis causa naturalis. Dico igit̄ q̄ ipsa voluntas est causa partialis illius mot⁹ primi et naturalis: et cū hoc stat q̄ aliquādo sit libera / s; hoc est respectu alteri⁹ effect⁹. Similiter ille mot⁹ causat̄ partialiter a cognitionē intellectiua: et dicitur mot⁹ intellectiuius: q; p̄supponit cognitionē intellectiuam. Jam respondetur ad questionē in qua est cōtrouersia. ¶ Sāct⁹ Tho. dicit vniuersaliter q̄ oīs motus aīalis (.i. q̄ p̄supponit cognitionem) cōtra p̄cepta dei / est venialis: vt patet. xxiij. distinctione secundi. et dicit ibi q̄ distinctio doctorum de motibus primo p̄mis et secundo p̄mis nihil valet. s; quia oppositū communiter tenetur: ideo defensabimus ipsū: declarando illam diuisionē. Unde ille motus vocatur primo p̄mis qui non est in potestate ipsius hominis aliq̄ modo / nec in se / nec in sua causa: ad min⁹ quē homo nō tenetur vitare vllō pacto / nec in se / nec in sua causa: vt p̄sentata alicui pulchra muliere / ipso de illa nihil cogitāte / nec hoc sperāte: tūc illa visa causat̄ in illo in sensualitate q̄dā qualitas q̄ inclinat eū ad p̄secutionē illius obiecti: et talis qualitas dicit̄ motus primo primus: quia ea visa non est possibile quin moueatur: cū impossibile sit (secūdum Augustinum) q̄n visis tangamur. et non tenemur vitare illū motū: quia licet potuisset vitare causam illius motus / scilicet vitando presentationem: quia tamen sibi non cōstabat / non tenet̄ vitare eam: et non potest vitare motū illū: igitur talis motus est primo primus. Motus igitur vocat̄ primo p̄mis p̄ illo tēpore quo voluntas non potest illū motum amouere et reprimere. S; ille vel ali⁹ dicitur secūdo p̄mis quando voluntas potest illū aliquo modo amouere et reprimere. Secundo supponit̄ q̄ illo motu insurgēte / et intellectu reflectente se super illū motum / voluntas pōt multipliciter se habere: vt dicit Serfon: vel se habet vt totaliter abijciens p̄ nolle detestatiuū illi⁹ motus vel obiecti ad quod inclinat ille motus: vel vt cōsentiens / v̄ vt titubans / id est nec cōsentiens / nec dissentiens / sed mere negatiue se habens ad illū motum. Si p̄mū / non peccat / vt notū est. si secūdū / peccat: quia iā cōsentit: ideo ei imputatur. si tertiuū: quia scilicet fert illum motum / et tamē nec consentit nec dissentit: dicit Bonauentura q̄ securius est dicere ipsū peccare mortaliter: q; exponit se periculo peccati mortalis: et cōtēnit illud vitare. S; quicqd sit: hoc est

Vide gerson in cōpendio theologie i pte de motibus carnalis delectationis.

unum certum | q̄ actus deliberatus circa materiam mortalem | est peccatum mortale : sed quando habetur actus indeliberatus circa materiam peccati mortalis : est peccatum veniale . Quid autem sit ille actus indeliberatus : est difficultas . Et inquiritur sic . v̄l talis motus est motus sensitivus | vel rationis | v̄l naturalis . si naturalis | igitur nullo modo in se est peccatum : quia nullum est in se peccatum nisi sit in se liberum . et ideo talis motus sensualitatis si sit peccatum | est peccatum secundario et extrinsece : et per consequens oportet q̄ sit aliquid aliud q̄ sit in se peccatum : et illud aliud peccatum non potest esse nisi actus voluntatis liber | vel negligentia qua tenebatur vitare huiusmodi motum : que negligentia dicitur consensus virtualis seu interpretativus . sed si sit consensus liber verus vel virtualis | est peccatum mortale : igitur et ille motus naturalis qui ab eo denominatur | dicitur mortalis . ¶ Respondetur q̄ verum est q̄ omnis consensus verus vel interpretativus liber contra precepta dei | est peccatum mortale : et nullus veniale : sed negatur q̄ omnis consensus sit liber : quia requiritur deliberatio ad hoc vt sit liber . Unde deliberatio fit quando inquiritur de aliquo an sit faciendum vel fugiendum : an sit bonum vel malum etc . sed propriissime vltim⁹ assensus qui habet ex tali inquisitione | vocat⁹ deliberatio | ita q̄ deliberatio formalis nihil aliud est q̄ iudicium q̄ hoc est psequendum vel fugiendum etc . [Videtur sequi ex dictis q̄ nullus talis motus est veniale tantum : qz si talis motus nullo modo sit liber | nullo modo est peccatum nec veniale nec mortale : et per dicta hic posita si est liber | est mortale | ergo nullo modo reperiretur veniale . Respondendum est q̄ hic loquimur de perfecta deliberatione | et non de semiplena : que nihil aliud est q̄ iudicium formidolosum | v̄l non iudicare de bonitate vel malitia pro tempore pro quo tenetur iudicare sub pena peccati venialis | puta tempus pro quo multum difficile se reflectit super motum primum . et sic videtur q̄ omnis motus secundo primum est omissio intrinsece | extrinsece est ille motus .] ¶ Queritur vtrum in sorte in quo est mot⁹ secundo primum sit illud iudicium | vel non : scilicet iste motus est reprimendus . et si sic : igitur est vere liber : qz ille motus est vere liber de quo habet perfecta deliberatio : quoniam illa habita | in potestate voluntatis est q̄ ille motus reprimat⁹ vel continetur . Si dicas q̄ non habet : tunc queritur : v̄l tenetur habere | vel non ? si sic : igitur idem est ac si haberet : quia ignorantia non excusat a toto | licet bene statuto : et p consequens dicit⁹ liber interpretative : et peccat mortaliter . si i . o tenet⁹ habere : igit⁹ est ignorantia inuicibilis : et p consequens nullo modo peccat . pater . ignorantia dicit⁹ inuicibilis

Additio.

p iij

De primis

bilis non quia non possit vinci: sed quia non tenetur eam vincere: et talis excusat omnino a peccato. Si igitur dicat quod in forte est perfecta deliberatio de illo motu reprimendo: si omittit reprimere: illa omisso est perfecte libera: quia poterit tunc perfecte libere elicere nolitionem habendi illum motum: et illa omisso est tam perfecte libera quam perfecte liber est actus per quem poterat ille motus reprimi: et ideo talis omisso est peccatum mortale. Dicunt aliqui doct. ut Ockam in quodlibetis: quod non sunt ponendi actus subreptitii contra preceptum dei: nec odium subreptitium: et quod in voluntate nullus est motus venialis circa materiam mortalem. Sed hoc est nimis durum: ideo respondetur secundum aliam opinionem que communior et mitior est: quando queritur an habeat illud iudicium: dico quod non habet: vel si habet: habet multum formidolosum: quod non sufficit ad mortaliter peccandum. vel dico etiam quod nullo modo habet. Et quando dicitur postea: vel tenetur habere: vel non? dico quod tenetur habere: sed non sub pena peccati mortalis: sed solum venialis. unde quando sortes mouetur ad illecebram vel ad aliud illo motu primo: est sibi multum difficile se reflectere super illum motum: et advertere periculum: licet posset se reflectere. et quia est ita nimis difficile: deus non obligat eum nec aliquem nostrum ad illam reflexionem faciendam sub pena peccati mortalis: quia neminem ita vult obligare ad nimis difficile. Correlarie sequitur quod talis motus secundo primus non est immediate peccatum: sed solum ratione omissionis qua omittit illum reprimere: et quia non tenetur reprimere nisi sub pena peccati venialis: ideo non est nisi peccatum veniale. Et ideo quando querunt doct. in secundo utrum in sensualitate sit peccatum: dico quod non nisi denominatione extrinseca: quia enim nullus actus est in se liber ipsius sensualitatis: ideo nullus est in se peccatum: sed solum denominatiue. et sic patet de peccato veniali: propter imperfectionem deliberationis: quod scilicet est circa materiam mortalem: et dicitur veniale vel quia scilicet deliberatio contra quam fit. i. iudicium est valde formidolosum: ita quod habet plus de formidine quam de iudicio: vel quia non est aliquod iudicium verum seu advertentia ad malitiam illius peccati: nec pro tunc tenetur ad illud iudicium et diligentiam habendam nisi sub pena venialis. Et dicit Henricus de Badauo in quodlibetis quod illi primi motus sunt solum mali malitia omissionis: et non transgressionis. Ratio est: quia tales motus solum sunt mali propter negligentiam ipsius voluntatis in reprimendo. Nam negligentia importat omissionem: et non transgressionem. ergo illi motus solum sunt mali malitia omissionis: et non transgressionis. et hoc videtur satis apparens ex prius dictis: cum illi motus non sint in se liberi: immo pure naturaliter causati ex cognitione et apprehensione habent

Vide Bonaventura. xliij. di. ij. ar. ij. secunde partis principalis. q. ij.

tis: sed solū sunt liberi interpretatiue | hoc est: quia volun-
 tas nō reprimi: & tamē tenetur reprimere: ergo illi mot⁹
 habent solū malitiā omissionis. Soluta est prius difficul-
 tas de illa ignorātia an esset inuincibilis vel nō. ¶ Restat
 alia difficultas. Dicis q̄ prim⁹ mot⁹ qui est secundo prim⁹
 quā sit ad rem illicitā mortaliter | nihilominus est venia-
 lis p̄pter imperfectionē deliberatiōis: ergo ex hoc infero
 q̄ motus primo primus ad peccatū veniale | p̄pter imper-
 fectionē deliberationis nullo modo erit peccatum. Unde
 sicut contingit moueri ad materiā que prohibetur sub pe-
 na peccati mortalis | vt ad adulteriū | ad homicidiū &c. ita
 contingit moueri ad materiā prohibitam solum sub pena
 peccati venialis: vt habere motū allicientē ad mēriendū
 iocose. ergo sequit̄ q̄ talis motus nullo modo esset pecca-
 tum. patet consequētia: & arguit̄ sic. Ista imperfectio de-
 liberationis infinite diminuit de motu qui est ad materiā
 mortālē: q̄ facit illum esse venialem: qui tamē foret mor-
 talis si esset p̄fecta deliberatio: ergo etiā infinite dimi-
 nuet de veniali. s̄ nō pōt de veniali infinite diminuere: nisi
 ipsum faciat penit⁹ nō peccatū: ergo illa imperfectio de-
 liberationis taliter faciet q̄ talis motus nullo modo erit
 peccatū. ¶ Alia difficultas de istis motib⁹. moueat̄ aliq̄s
 simul duobus motibus secūdo p̄mis ad diuersa mortalia:
 puta ad fornicationē & ad homicidium: sic q̄ ad perfecte
 deliberandū circa quodlibet eorū seorsum requireretur
 dimidia hora: ita q̄ nullus seorsū efficeretur mortalis nisi
 in fine dimidie hore: tūc notū est q̄ requiritur maius tē-
 pus ad perfecte deliberandū circa illa duo q̄ circa vnū so-
 lū: adeo q̄ quēlibet seorsū posset reprimere i dimidia hora
 ex deliberatiōe p̄fecta: & nō ē possibile q̄ p̄fecte deliberet
 in dimidia hora circa vtrūq̄: q̄ quōlibet illoz p̄ casum re-
 quirat dimidiā horā ad perfecte deliberandū vt reprimat̄.
 tunc omittat deliberare & reprimere. an in instāti termi-
 nāte illā medietatē hore peccauerit duob⁹ peccatis? Nā
 secundū Altissiodoren. mot⁹ illecebre est primo mortalis
 in instanti terminante totū tempus in quo tenetur illum
 reprimere. sed quilibet istorū motuum in instāti terminā-
 te illā dimidiam horam esset mortale peccatum seorsum:
 q̄stio est vtrū vterq̄ sit mortale | vel alter mortale | & alter
 non. Non est dicendū q̄ vterq̄: quia p̄ casum in dimidia
 hora non est possibile neq̄ teneē circa vtrūq̄ deliberare
 sub pena peccati mortalis | q̄ non potest: cum quilibet il-
 loz seorsum requirat totam mediam horam ad perfecte
 deliberandum: ergo non potest in tali tpe ita deliberare
 perfecte circa illa duo: ergo si non obligetur | nō est perfe-
 cte mortalis: ergo non peccat omittendo. Nec est dicendū

De primis motibus.

¶ vnus illorū est peccatum / ⁊ alter non: qz nō videtur ma-
ior ratio de vno q̄ de alio / cū quilibet si seorsū esset / et omit-
teret deliberare ⁊ reprimere: in instāti termināte illā me-
diā horam / esset mortale. ⁊ equaliter se habet omittendo
circa illa duo: igit̄ videt̄ q̄ peccat duplici peccato / forni-
cations videlicet ⁊ homicidij. ¶ Ad primū dico q̄ p̄ illud
p̄ceptū non mentiaris iocose / non solū obligatur ad non
mentiendū: sed etiam ad aliquod positium habēdū pro
aliquo tēpore. s. nolle mentiri p̄ tempore quo mouetur ad
mentiendū / sicut aliquis obligatur aliquando circa p̄cep-
ta negatiua ad habendū actū positium / puta si moue-
atur ad occidendū: non solum tenetur nō velle occidere:
s; etiā habere nolle occidēdi. Dico ergo q̄ primus motus
secundo primus ad mentiendū iocose / est veniale. Cōtra.
deliberatio imperfecta mutat id q̄ de se est mortale / in ve-
niale: (qz illa sunt de se mortalia: sed venialia ex parte ope-
ris operantis) ergo a fortiori mutabit id q̄ est veniale / in
nō peccatū: quia certum est q̄ pl⁹ remittit de culpa quā-
do remittit a mortali in veniale / q̄ a veniali in non culpā.
Dico q̄ verū est: sed non mutabit veniale in nō peccatū.
nā mētiri iocose deliberate / ⁊ moueri ad mēdaciū iocosū /
differunt in rōne peccati etiā specie: ita q̄ apud nō ponē-
tes p̄portionē inter peccata differētia specie / nulla est p̄-
portio grauitatis vnus ad alterū: quia sicut iam dictum
est / vnū habet solum malitiam omissionis / scilicet negligē-
tie reprimendi: sed alterū habet malitiam transgressiōis.
ideo ille due malitie differunt specie: et sic improporz
nabiliter exceditur vnus ab altero. ¶ Ad aliud (vbi est ma-
ior apparentia) admitto totū casum: ⁊ dico q̄ peccat mor-
taliter vtroq; istorū duorū motū in instāti termināte illā
lam dimidiā horam / quia nō est maior ratio q̄ peccet vno
q̄ alio: ergo peccat vtroq;. Dico secūdo q̄ illi duo motus
simul iūcti in instāti termināte illā dimidiā horā nō faci-
unt maiorē grauitatē q̄ faceret vnū seorsum. nā si sortes
in illa dimidia hora deliberaret circa motum fornicatio-
nis / ⁊ reprimeret: nō peccaret mortaliter ratiōe mot⁹ ho-
micidij. Similiter si deliberaret circa motū homicidij / et
reprimeret / nō peccaret mortaliter ratiōe mot⁹ fornicatio-
nis: vterq; ergo indifferenter est peccatū: sed non est nisi
vna grauitas: qz non omittit nisi vnica omissione / cum te-
neatur solum vnum reprimere. ¶ Videtur tamen licet
perfecte deliberet de homicidio / ⁊ reprimat illū / peccare
mortaliter nō reprimēdo fornicationē: postq̄ p̄sensus in-
terpretatiuus in mortale sufficit ad peccādū mortaliter.
⁊ p̄pterea videtur dicendū q̄ tenetur reprimere vtroq;
motū simul q̄tū potest in illa media hora: ⁊ lz nō reprimat

Additio.

Diuisio peccati actua. i. omis. et comis. fo. cxviii.

utrunque totaliter non tñ peccat: qz facit qd in se est. Sed tñc est questio quomodo peccat utrunque repressione omit- tendo. videtur q non peccet: qz non potest utrunque simul reprimere omnino: et ad hoc tenebat. dico q eodẽ modo esset dicẽdũ sicut dicit auctor/ q utroque modo peccaret/ s; gravitate vni⁹ peccati.] Simile est argumẽtũ sicut de illo q videt duos in extrema necessitate/ et cuilibet seorsũ subuenire põt: sed nõ ambob⁹ simul: si negligat et omittat subuenire: qrit que omissio est peccatũ/ vel illa qua omit- tit subuenire isti puta platonĩ: vñ illa qua omittit subueni- re alteri/ puta sorti: nõ utroque: qz non põt utrunque/ et non est maior ratio de vna q de altera. Dico q est homicida utriusque: et utroque omissio est peccatũ: s; homicidiũ illorũ duorũ pauperum nõ est sorti grauius q vnũ solum seorsũ sum. et sic ille due omisões non faciũt maiorem gravita- te q vnica. Similiter dicẽdũ est in pposito. [Contra. non est homicida alicuius illorũ omisive: quia non tenebatur utriusque subuenire. Dico q tenebat utriusque subuenire sub dis- functione: et hoc sufficit. Contra. nõ magis occidit platonẽ q si dedisset panẽ sorti. sed si dedisset panẽ sorti/ non pec- casset/ igitur.]

Additio.

De diuisiõe peccati actualis in omisõnẽ et cõ-
missionem. Cap. xxv.



Sum est de diuisiõe peccati actualis in ve- niale et mortale. Consequẽter ponitur alia di- uisio peccati actualis in peccatũ omisõis et cõmissionis (originale non dicitur neq omis- sio neq cõmissio) et ista diuisio nõ datur solũ de mortali: quia est aliqua cõmissio venialis et aliq omisio venialis. Primũ patet de mendacio iocoso. Secundũ patet/ nam in isto pcepto de non mẽtiri/ nõ so- lũ phibetur actus mendacii: s; etiam precipitur act⁹ po- sitiuus contrari⁹ per regulã generalem: Omne pceptũ negatiuũ includit affirmatiuum. et sic aliquo tẽpore obli- gatur homo nolle mentiri iocose: qñ scilicet habet inci- tatiuum vehemens ad mentiendum/ tenetur illud reprimere sub pena peccati venialis. et si nõ reprimat: tñc erit omisio venialis. Sũt hic aliq difficultates. Prima: utrum deĩ transgressio sine omisõne. Similiter an deĩ omisio sine trãsgressiõe. Et est apparentia de utroque. q non de- tur trãsgressio sine omisõne/ pñ: qz bene sequit: iste trãsgreditur: q habet actũ quẽ tenet vitare. et vltra. h; actũ quẽ tenet vitare/ et nõ vitat: q omittit vitare: et sic peccat pctõ omisõis. ¶ Pro solutiõe aduertẽdũ ẽ q trãsgressio nihil aliud est q act⁹ positiuus quẽ volũtas elicit/ et tenet

Trãsgres- sio quid.

De diuisione peccati actualis in

Omissio
quid sit.

pro tunc non elicere: qz scilicet prohibetur. vel sic. Transgressio est actus libere elicitedus contra preceptum negatiuum. Et omissio nihil aliud est q̄ carentia actus positiui quem pro tunc voluntas tenet elicere: z sic omissio est cōtra preceptum affirmatiuum / z transgressio contra negatiuum. S. Bonauen. in. ij. ponit differētiā inter omissionē z negligētiā. nam omissio est carentia act⁹ p̄cipalis qui precipit / vt carentia dilectiōis dei vel p̄ximi zc. Negligētia vero est carētia alicuius circūstātie que pro tūc debet inesse actui p̄cipali: vt cū quis dicit horas: z habet inaduertētiā circa illa que dicit: vocatur negligētia. Istis suppositis consequēter ad Ockā in tertio / dico tria. Primū: stat esse trāsgressionē sine omissione. Scdm / stat esse omissionē sine trāsgressionē. Tertiū / stat q̄ illa duo sint simul puta circa eādē materiam. Patet p̄mum. sortes nō tenentur p̄ omni tēpore amare proximum / quia non tenentur pro semper / sit p̄ hoc tēpore presenti: tunc stat q̄ eliciat odiū proximi / quo posito in esse / sortes in hoc tēpore trāsgriditur / qz elicit actū cōtra preceptum negatiuum: ad quem nō eliciēdū p̄ semper obligatur / z ipse in hoc tempore nō omittit. Patet. in hoc tēpore nulla est carentia act⁹ p̄cipalis quē teneatur pro hoc tempore elicere: qz maxime esset carentia amoris p̄ximi. sed p̄ hoc tēpore ad illū eliciēdū non tenetur. Igitur nulla est omissio p̄ hoc tēpore. Et cū arguitur: bene sequitur: sortes nunc trāsgridit: ergo elicit actū quem pro nūc tenetur vitare. Respōdet q̄ dupliciter possum⁹ vitare aliquem actū. Uno modo nos pure negatiue habendo: hoc est nullū actū eliciēdo. Alio modo affirmatiue / id est habēdo actū cōtrariū tali actui. Sufficit aut̄ in casu pure negatiue se habere. Un̄ nō sequitur / sortes p̄ hoc tēpore tenentur vitare hoc / z nō vitat: ergo peccat peccato omissionis: quia quibus omittat vitare: talis omissio vitādi nō est omissio / s̄ est trāsgressio / capiēdo vitare p̄mo modo: qz omissio vitādi ē elicitio illi⁹ act⁹: z per cōsequēs transgressio. Breuiter omittēre vitare ē omittēre. Un̄. Sco. in fine quarti in vltima. q. vbi q̄rit de p̄p̄tione pene damni / dicit q̄ q̄s cū elicit actū malum / tenentur elicere actū bonū: s̄ hoc est difficile sustinere secūdū eū: cū ipse ponat actus indifferētes / et libertatē cōtradictionis. [Probat q̄ nunq̄ p̄tingat peccare cōmissiue q̄n peccet omissiue: qz maxime esset in casu posito in p̄batiōe: s̄ hoc nō: qz odiēdo proximum p̄ tempore p̄ quo nō tenetur diligere / omittit cōformitas ad istud dictamē: nō est odiēdus proximus. s̄ p̄ quolibet instāti homo tenentur ad cōformitatē illius dictaminis: ergo tūc peccat omissiue. Respōdet negando consequentiā / saltem q̄ peccet omissiue. nō

Additio.

Omissionem et commissionem. Fo. cxix.

additur malitia | qz illa omisso necessario sequit ad comissionem: et sic nulla talis habet nouam malitiam. ppter ea mihi videt ppositio opposita vera | qz nunqz cōtingit peccare cōmissiue quin peccet etiā omissiue.] Secundū probatur | videlicet qz potest dari peccatū omissionis sine peccato trāsgressionis. sit sortes qui nunqz prius trāsgressus est mandatū | et nūc habeat iudiciū verū practicū qz pro nunc sit hoc faciendū ab eo. certum est qz nō necessitatur ab illo iudicio ad eliciendū actum. ergo stat qz sortes nullū actū eliciat circa illam materiā. quo facto peccat omissione | qz pro tunc tenetur elicere. ergo est carētia actus principalis p tunc debiti: et tñ tūc nō peccat peccato trāsgressiōis. ergo stat qz aliqz tēpore sit omisso: et tñ nec p tūc nec vnqz ante fuit trāsgressio. ¶ Ex quo sequit qz est possibile primū peccatū primi angeli et primi parētis fuisse peccatum omissionis: cuius oppositū videt dicere. S. Bonauē. qz stat qz habuerint iudiciū verū practicū qz pro aliquo tēpore deus erat diligendus: et tñ ante confirmationē nō eliciuisse talem actum | nullum oppositum eliciendo. igit. ¶ Tertiu dictū probatur | sit sortes qui pro hoc tēpore tenetur subuenire corporaliter platonī. est in sua potestate nolle subuenire | et odire. iam peccat peccato trāsgressionis: qz elicit actum quem tenet nō elicere. similiter omittit: qz in ipso est carētia act⁹ debiti p tūc. ergo ista simul stant. s. peccatū trāsgressionis | et peccatū omissionis in eodem. ¶ Difficultas | an omisso supaddat malitiā ad ipsam trāsgressionem | cum ipsa naturaliter sequatur ad ipsam trāsgressionē. Dictū est ad hanc difficultatē in prima lectione hui⁹ cōpilationis. ¶ Alia difficultas. Quādo quis omittit: vtrū detur semp primū instans in quo omittit | vlt certū tempus in quo omittit. ¶ Pro solutione dicit qz duplex est genus actūū. Quidam sunt actus factibiles in instanti: vt oēs actus interiores | apud opinionē cōmuniōrē. Alij sunt actus non factibiles in instanti: vt sunt act⁹ exteriores | vt dicere horas | ire ad ecclesiā etc. et hoc gen⁹ actuum requirit vnū certū tēpus. De primis | aliqui sūt imperatiui actūū nō factibiliū in instanti | vt volitio q̄ imperat dicere horas. Quidā vero nō sunt imperatiui alteri⁹ actus: sed sūt circa aliqd obiectū absolute nihil imperādo: vt dilectio dei. nam illa nō habz alterū actū p obiecto. De istis actibus primi generis. i. qui sunt factibiles in instanti | nō est difficultas quin macula pure omissionis contrahat in instanti. Difficultas ergo remanet de opationib⁹ non factilibus in instanti | sed in tpe: vt est opatio dicēdi horas: et suppono gratia exēpli qz requiratur dimidia hora ad dicēdū illas | ita qz breui⁹ tēpus nō sufficeret ad dicēdū eo mo

Genus actūū est duplex.

De diuis. pcti actua. in omis. et comis.

do quo tenet aliqd dicere: et illa dimidia hora sit. a. et omittat. an sortes peccauerit peccato omissionis in instanti inchoatiuo / vel in instanti terminatiuo / vel continuatiuo / vt in tpe / hoc est in illa dimidia hora / et in nullo instanti illi? no videt qd in instanti inchoatiuo: qz non tenet pro illo instanti dicere. ergo omisio p illo instanti non est peccatu. et similiter dicendum est de alijs instantib9. qd videt qd pro tali dimidia hora no peccet omisio. Dices / tenet in instanti inchoatiuo habere velle dicendi formaliter imperatiuum et efficacem: et tunc si hoc habeat / necessario necessitate consequentie incipiet dicere horas. Contra. si immediate post illud instans inchoatiuum incipiat dicere horas / illas dicet in tali dimidia hora: qd no omisit in illo instanti inchoatiuo: nec pot omittere vt videt / qz post illud instans pot inchoare / et finire ante vltimum instans dimidie hore. Maior difficultas esset si daretur minimum tempus in quo no posset talis operatio fieri / puta in isto no pot / et in quolibet maiori posset. sit sortes ad imaginationem. ante meridiem tenet dicere horas: et dimidia hora non sufficit. quocumq; tempore dato ante instans inchoatiuum vltime dimidie hore / no peccat peccato omissionis: qz post illud tempus pot inchoare / et finire ante meridiem / qz post illud instans sequit tempus maius qd dimidia hora / et quodlibet tale sufficit. Dicit Altissio. qd primo omittit in instanti in quo est impossibilitas ad dicendum / sed in instanti inchoatiuo secunde dimidie hore: qz in illo primo contrahit culpam: et primo verum est dicere qd est in pcto in instanti primo in quo primo est impossibilitas vt dicat horas. ideo qtu ad hoc scdm Altissio. si detur minimum tempus non sufficiens / ita qd quodlibet mai9 sufficeret: tunc est in culpa omissionis i instanti inchoate illud minimum tps. Sz ponat qd dimidia hora sufficit: et nullu minus tps: querit qn est in culpa omissionis? dico qd qn talis operatio requirit certu tps: in instanti inchoatiuo talis tps adhuc no omittit: sed semp post hoc omittet / qz p qualibet parte tempus obligat ad vna parte illius operatiōis: et sic omittet scdm qd negliget successiue: et aggrauat suu peccatu successiue vsq; ad fine dimidie hore in qua totaliter terminat omisio.

Additio.

[Melius est dicere qd dat minimum tempus in quo pot dicere horas: qz dando maximum qd no / esset difficile respondere quate grauitatis esset omisio sortis si diceret de hore qtu pot in ista dimidia hora. et videt qd nihil omitteret: qz sit vnu vbū / istud successiue pferat: ergo requirit aliqd tempus ad istud proferendum. et vltra: ergo alteru no fuit maximum tempus in quo no potuit dicere horas: qz in aliquo maiore no potuit. et propterea relinquenda est opinio Altissiodorensis.

De grauitate omissionis.

Cap. xxvj.

De gravitate omissionis. Fo. cxx.



Veritur penes quid attendit malitia omisso
nis? Et videt qd nō pōt dici nisi penes bonita
tem act⁹ cuius illa omisso est priuatio: ita qd
omisso melioris actus est peior q̄ minoris: qz
est priuatio melioris: et omisso minoris boni est
minus mala q̄ alia rē. ¶ Sed contra hoc est

forte argumētum. Sequitur qd esset aliqua omisso que nō
esset alicuius determinate malitie si omisso capiat suam
malitiā pportionaliter ad bonitatē actus cuius est priua
tio. p̄z cōsequētia: sorti datū est preceptū qd diligeret deū
super oīa: nihilominus nō est de aliquo certo gradu ei p̄ce
ptū: puta qd eliciat in tāto gradu: v̄l in certo gradu tā in
tēso: puta vt quattuor aut quinqz. notū est autē qd dilectio
dei super oīa: est vna qualitas h̄ns partes nō extēsiuas: s̄
intēsiuas: et quilibet pars illi⁹ est dilectio dei sup oīa: et pars
q̄tuncūqz remissa si esset soia in voluntate: p̄ illā partē ho
mo adimpleret preceptū. Tūc arguit sic. sit plato cui p̄ce
ptū est qd diligeret dilectiōe intēsa vt quattuor: et omittat: illa
omisso est peior in duplo q̄ si esset ei p̄ceptū solū qd dilige
ret vt duo: qz est priuatio melioris boni in duplo. et si eēt ei
preceptū qd diligeret vt quattuor: omisso illi⁹ eēt in quadru
plo maior q̄ si esset ei p̄ceptū solū vt diligeret dilectiōe vt
vnū: qz priuatio actus in quadruplo melioris: et est in octu
plo peior q̄ si eēt ei solū p̄ceptū vt diligeret dilectiōe vni⁹
dimidi: grad⁹ intēsa: et sic cōsequēter in infinitū pcedēdo.
q̄ si penes hoc attendat malitia omissionis: illa omisso in
platone erit infinite malitie: et in sorte in infinitū minoris
malitie. s̄z p̄ns est falsum. nec valet dicere qd cōiter d̄z: qd
illa omisso ē alicui⁹ determinate malitie: s̄z hoc nobis nō
cōstat: nec possum⁹ signare: sed deus scit: qz hoc penit⁹ ni
hil valet. Quātū ad hoc sit p̄ma p̄pō. Non attendit malitia
omissionis culpabilis penes bonitatē act⁹ ad que obligatur
omittēs: vt sint sortes et plato omittētes: nō opz qd in ea
dē pportione malitiarū omissionū omittāt: in qua ppor
tione se h̄nt bonitates actuū ad q̄s obligant. p̄z manifeste
p̄ argumētū supra factū. Et sc̄do p̄batur: qz est possibile qd
ad nullum actū obliger determinate: et tñ omittā. [Con
tra h̄nc p̄positionē arguit sic: iste due regule topice: mai⁹
malū maiori bono opponit: et priuatio est tā mala q̄ bon⁹ est
habiti⁹: intelligunt de malo priuatiuo in ordine ad bonū pri
uatum: q̄ in qua pportione se h̄nt bona priuata: in tali ppor
tione se h̄nt mala priuata. et vltra: ergo p̄pō p̄ma falsa. for
te dices qd vtraqz regula d̄z sic intelligi: maius malū maio
ri obligatiōi ad bonū opponit: et si priuatio est tā mala q̄
tū ē maior obligatio ad bonū priuatum. et ita credo vtraqz re
gulā intelligēdā: alia dicta exēpla nō haberēt apparētiā.]

Prima p
positio.

Additio.

De gravitate

Scda p-
positio. ¶ Scda ppositio. Gravitas peccati omissionis debet attē
di penes latitudinem obligationis qua obligatur aliquis
ad actu. Sicut dictū est/omissio est contra preceptū affir-
matiuū. vltra dico. datī duob⁹ preceptis affirmatiuis/ vno
obligamur maiori obligatiōe q̄ altero: vt magis obligamur
diligere deū q̄ proximum/ et nosipos q̄ proximum. maiori
obligatione obligamur ad vnū q̄ ad alterū/ nō in isto sen-
su q̄ magis obligemur deum diligere q̄ proximum/ maiori et
intēsiōi dilectiōe/ sed magis obligamur. i. maiori latitudi-
ne obligationis: ita q̄ in obligatiōe est imagināda intēsiō
z remissio z latitudo/ sicut in albedine. hoc supposito/ di-
co q̄ malitia omissionis est attēdēda penes latitudinem
obligationū quibus obligātur omittētes ad act⁹ omisso:
ita q̄ tales omissiones non sunt proportionāde in malitia
penes pportionem bonitatū ipsozū actuum omissozū/ sed
penes pportionē obligationum quib⁹ obligant omittētes
ad act⁹ omisso: vt sortes dupliciter obligat. s. diligere se/ z
diligere proximum: omittat: dico q̄ iste due omissiones non
sunt pparāde nec attēdēde penes sui dilectionē/ z proximi:
sed solū penes obligatiōes quibus obligatur/ ita q̄ si obli-
gatio vna sit in duplo maior q̄ alia: vlt in pportiōe sesqui-
altera vlt aliqua alia: in eadē pportiōe omissio illi⁹ ad quod
magis obligat/ est grauior alia. s. in pportiōe dupla/ vel ses-
quialtera. vltra dico q̄ stat sortē teneri diligere deum vt
q̄ttuoz/ et platonē sub nullo gradu dilectiōis: et tñ equali-
ter peccare omittēdo. p3/ stat q̄ nō maiori latitudine obli-
gatiōis obliget deus vnū q̄ alterū/ qz in eius potestate est
magis vel min⁹ obligare. Si igit obligatiōes sint equales:
pariter et omissiones erūt equales. Est alia difficultas ma-
gis logicalis q̄ theologica: qn̄ aliquis peccat nullū actum
cōmittēdo: p quo supponit peccatū in illo: hoc est p quo
supponit peccatū omissionis. Dicūt nominales q̄ p homi-
ne vel anima: qz dicūt terminū priuatiuum supponere p
subiecto quod potest habere habitū priuatum: et sic cōce-
ditur q̄ peccatū omissionis beatificabit. Alij dicūt aliter
q̄ nihil est: sed est pura priuatio: ita q̄ omissio p nullo sup-
ponit: sed est purū nihil. Et sic patet de diuisione peccati
in pctm̄ cōmissiōis z omissionis: z penes qd attēdit graui-
tas ommissiōis/ qz nō penes bonitatē act⁹ omisso/ vlt act⁹ ad
quē quis est obligatus: sed est attēdēda penes latitudinē
obligationis qua quis obligatur. ideo stat aliquē maius bo-
nū omittere: z minus peccare: qz stat illum minus esse ob-
ligatum ad illud q̄ ad minus bonum. z sic stat actū omis-
sum esse meliorē/ et hominem minus obligatū. stat etiam
omissiones actūū eque bonozū esse inequaliter malas: qz
stat vnū plus obligari ad actum q̄ alterum: ergo omissio

Peccati omissionis. Fo. cxxj.

minus erit peior q̄ alterius. ⁊ iste modus dicēdi est multū facilis. ¶ Consequēter circa hāc diuisionē querit̄ an possit esse peccatū quāuis illud non sit omissio actus debiti nec actus positius phibitus: ita q̄ nec sit peccatū omissionis nec cōmissionis. ⁊ loquor de actuali peccato secluz dēdo originale. Apparet q̄ sic: sicut dictū est supra de merito ⁊ conatu volūtatis. Nā conatus voluntatis distinguitur ab ipso actu volūtatis: vt expresse tenet Dio. in secundo: qz actus voluntatis est a conatu ⁊ ex conatu/ immo conatus est natura prior q̄ actus/ ⁊ ipse actus natura posterior. Tūc arguit̄ sic. Si actus distinguitur a conatu libero voluntatis/ et actus ipse sit natura posterior conatu: ergo contingit conatū esse/ et nō esse actum: seu cōtingit volūtate conari/ ⁊ actum nō p̄ducere: quo facto si sit conatus ad actū malum/ et sit liber/ erit peccatum: quāuis non sequatur actus: ⁊ tamē non erit omissio actus debiti (qz suppono q̄ p̄ tunc non teneatur ad aliquē actū) nec erit act⁹ positius voluntatis: ergo cōtingit dare peccatū actualē: quod non erit omissio nec trāsgressio. ⁊ hoc videtur habere apparentiā: quāuis non sit ita de facto: vel saltem raro videtur hoc possibile: scz voluntatem peccare nec eliciēdo actū/ nec omittēdo. Nā contingit illam conari/ et non elicere actum: qz ipsa conante ad eliciendū actū/ stat deum cōcursum suū suspēdere ad productionē actus: quo facto volūtas non minus peccabit/ vel saltem peccabit: qz si libere conatur ad actum malū/ peccat. ergo. Alia apparentia/ tenēdo precipue q̄ volūtas patitur resistentiā in suis actibus/ ⁊ potest necessitari: tunc volo q̄ patiat̄ resistentiam/ non tamē tantam quātam habet actiuitatem: vt sit actiuitatis precise vt octo/ et patiat̄ resistentiā vt tria: tunc volūtas ex sua libertate potest conari ad actū eliciēdū vt duo/ respectu cuius patitur resistentiā vt tria. nā tota latitudo actiuitatis volūtatis est in potestate ipsiusmet voluntatis: ideo stat q̄ conet̄ vt duo precise: quo facto volūtas conabitur ad actū malū libere/ ⁊ patitur resistentiā respectu act⁹ qui esset malus si eliceretur/ et nō eliciet: qz minus conatur quando patitur resistentiā. ergo nō agit: qz a p̄portione minoris inequalitatis non fit actio. Datur analogia: fortes qui est actiuitatis vt octo ad leuandū lapidē qui est resistentie vt sex/ potest minus conari ad leuandum lapidē q̄ requiratur: puta potest conari p̄cise vt duo vel tria/ ⁊ tūc nō leuabit: ergo pariformiter si fortes patiat̄ resistentiā ad elicitionem actus etiā interioris/ nō tamen tantā quin possit illā superare: est in sua potestate t̄ parū de actiuitate apponere q̄ illud nō sufficiet: ideo nō eliciet actū. ergo stat q̄ peccabit non eliciēdo actum/ nec

De gravitate peccati omissionis.

Voluntas potest peccare nec committere do. nec committere do.

omittendo. et ista opinio potest defensari et aliquando defensari in schola. scilicet quod voluntas potest peccare nec committere do. Sed apparetia est in oppositum. sequitur quod actus malus elicitur non plus haberet de malitia intrinseca quam actus imperatus. Pro consequentia: sicut actus exterior qui necessitate naturali sequitur ad actum interiorum efficaciter imperativum illius non habet malitiam nisi malitiam actus interioris: ita etiam ille actus interior elicitur necessitate naturali sequitur ad conatum voluntatis si non ponatur resistetia. ergo sicut talis exterior non habet malitiam nisi malitiam actus imperantis interioris: ita ille actus interior non habebit malitiam nisi malitiam conatus voluntatis qui distinguitur realiter ab illo. et sic ista opinio fingeret novum modum dicendi contra omnes doctores. videlicet quod malitia non est in actu interiori malo primo sed in conatu voluntatis libere producetis talem actum. Item dicendum esset de bonitate quod sicut operatio exterior naturaliter sequitur ad volitionem bonam efficaciter imperativam talis operationis exterioris nec habet bonitatem nisi bonitatem illius interioris volitionis imperantis: eodem modo talis operatio interior bona necessario necessitate naturali sequitur ad conatum voluntatis nisi ponatur obex: ergo sicut operatio exterior non habet propriam bonitatem: etiam talis interior non habebit nisi bonitatem ipsius conatus. et sic ex hoc infertur quod aliquis potest mereri sine actu et consequi remissionem peccatorum sine actu positivo de lege. Patet: sicut contingit conari ad actum malum et illum non elicere: et tamen talis conatus erit peccatum quia conatus est liber ad malum: eodem modo contingit conari ad actum bonum et illum non elicere: et sic conatus ad contritionem: tunc foret remissio peccatorum sine quocumque actu positivo. et hoc est maximum inconueniens quod potest inferri ex ista opinione: scilicet quod actus interior elicitus non haberet propriam bonitatem aut malitiam: et sic pro talibus actibus interioribus bonis non esset merces immediate necque punitio pro malis: cuius oppositum sonat doctores. quod tam pena quam merces immediate redditur pro operibus interioribus: et tales haberent concedere quod pro solo voluntatis conatu quis immediate puniretur vel premiaretur: ergo si possunt ista duo separari scilicet conatus et actus: oportet necessario concedere consequenter quod ultra premium vel supplicium debitum conatu nihil penitus debetur actui interiori elicito. propterea apparet probabilius quod non potest esse conatus sine actu: nec est dabile peccatum actuale quin illud sit omissio vel commissio. Ad apparetiam partis opposite: operatio distinguitur a conatu: immo est natura posterior ipso: quia est ab ipso: quod contingit conatum esse sine operatione voluntatis: puta volitione vel nolitione. processo antecedente negotium et

De pctō ex igno. pas. z cer. mali. Fo. cxxij.

Datur vnum simile calor distinguit ab igne agēte siue calefaciente / z tamē non contingit ignē calefacere sine calore. Similiter tenendo motum distingui a mobili / motus distinguit a graui descendēte: ergo cōtingit graue descēdere sine motu. consequētia non valet. eodē modo in proposito / operatio interior distinguitur a conatu voluntatis (quia conatus voluntatis est voluntas agens) ergo cōtingit conatum esse (in sensu cōposito) operatione nō existēte. consequētia nō valet / immo est implicatio in terminis q̄ sit conatus volūtatis sine actu quem producit / quia dicitur conatus in quātum producit. Quātum ad secundū / quando voluntas est actiuitatis vt octo / z conatur precise vt duo / et habet resistētiā vt tria respectu volitionis producende: dico q̄ est implicatio q̄ fortes conēt producere actum interiorem vt duo solum / stante resistētia illius vt tria / qz illa resistētia vt tria impossibilitat volūtatem ne conetur precise vt duo: qz si conaret precise vt duo / conaretur libere ad malū / et nullū actum malū eliceret.

De peccato ex ignorātia: passione: z certa malitia.
Capitulum vigesimumseptimum.



Onitur alia diuisio peccatorū, nā aliq̄d fit ex ignorātia: aliud ex passiōe: aliud ex certa malitia. Dicitur esse ex ignorātia quādo perpetratur posita ignorantia alicuius circūstātie cuius quidē ignorātie si haberetur sciētia vel notitia opposita / illud peccatū nō perpetraretur: vt fortes occidit patrem quē credit inimicū / habet ignorātiā alicuius circūstātie / puta q̄ iste sit pater: et si haberet scientiā oppositā tali ignorātie / nullo modo perpetraret illud homicidiū. Peccatū vero ex passione est illud qd̄ perpetrāt propter incitatum vel inclinationē alicuius passiōis preuie et insurgentis / quod alias. i. seclusa illa passione non perpetraretur. Passio aliquādo totaliter dimittit a culpa z pena: vtpote quando totaliter aufert vsuram rationis / vt in furiosis z maniacis. [Arguit sic. tantū impellit habitus ad psequēdū / quātū passio / z eque naturaliter: ergo si ppter passiōē excusat malitia peccati / etiā ppter habitū debet excusari: z tamen actus ex habitu est peccatū ex malitia: ergo pctm̄ ex malitia non est grauius peccato ex passiōe. forte dices discriminē esse / qz habit⁹ acq̄rit ex sua culpa: secus est de passione. Cōtra: stat passiōē acq̄ri ex culpa: ergo solutio nulla.] Aliud est pctm̄ ex malitia: z circa hoc q̄rit̄ p̄ nūc: an sit aliq̄d pctm̄ vel possit esse ex certa malitia / ad istū sensum q̄ peccās ferat̄ in actū vel malā opationē sub ratiōe malitie / z sub ratiōe peccati / ita q̄ vult hoc facere qz malū: z vult hoc facere qz pec-

Alia peccatorū diuisio.

Pctm̄ ex ignorātia

Passio aliquādo dimittit a culpa z pena.
Additio.

Pctm̄ ex certa malitia.

De peccato ex ignorantia, passione, et

causis. Clymeton et multi alij dicunt quod aliquis potest peccare ex certa malitia / ad istum sensum quod potest ferri in obiectum et velle illud facere sub ista ratione quod peccatum. et nituntur hoc suadere multis rationibus: precipua tamen est ista / quod istud peccatum quis non possit a me apprehendi sub ratione boni honesti / potest tamen apprehendi sub ratione boni utilis et delectabilis. Exemplum: possum apprehendere quod si peccauero / ratione peccati ego consequar quod est mihi utile et delectabile / ergo tunc potero taliter ferri in illud obiectum sub ratione peccati / puta volo facere quod peccatum est. notum enim est quod feros in potionem amaram sub ratione amari / quod talis amaritudo apprehenditur sub ratione boni utilis / quod propter sanitatem: ita quod non solum volo potionem / sed etiam potionem amaram. ergo si forte si formas le peccati apprehendam sub ratione utilis / puta quod est medicum ad aliquod utile / poterit tunc voluntas ferri in illud obiectum sub ratione mali. ideo potest quis peccare ex certa malitia ad istum sensum quod vult peccare quod peccatum est. Quod non faceret difficultatem / ut patet ex fine secundi eius / ubi concedit quod voluntas potest ferri in obiectum omnino apprehensum sub ratione mali. Et cum arguitur quod bonum est obiectum voluntatis / ut communiter dicitur: dicit quod bonum capitur transcendenter. Nihilominus isti doctores concedentes quod voluntas non potest ferri in aliquod obiectum nisi sub ratione boni: dicunt quod potest ferri in peccatum sub ratione peccati: quod peccatum in quantum peccatum potest apprehendi sub ratione utilis. ideo potest quis ferri in peccatum sub ratione peccati volendo illud quod est peccatum. et iste est vnus modus peccandi ex certa malitia. Consequenter dicunt communiter doctores quod est vnus alius modus peccandi ex certa malitia quando peccatur non ex ignorantia nec ex impulsu alicuius passionis: (imo prouenit passio in peccando) sed solum ex quadam inclinatione aut naturali aut per consuetudinem acquisita: ut sit sortis habituatus ad furtum: non habet passionem ad hoc / neque ignorantiam quod hec res sit aliena / nihilominus ex habitu capit illam rem. dicit sanctus Thome. quod hoc peccatum proprie est ex certa malitia. sed peccatum est ex maiori malitia quam voluntas fertur in peccatum sub ratione peccati. et isto modo peccauerunt angeli: quod non habebant passiones impellentes ad peccandum neque ignorantiam. Circa primum membrum peccati ex certa malitia / est difficultas tenendo quod sit possibile: an si aliquid vellet peccare venialiter ex certa malitia / an esset mortale / ut volens metiri iocose quod peccatum est? Et apparet quod sic / per auctoritatem Augustini. Non est aliquid veniale quin efficiatur mortale si placeat. et doctores precipue hoc exponunt si placeat sub ratione peccati. nam si placeret veniale ratione recreationis / vel alio modo: non esset mortale.

Peccare
ex certa
malitia.

oppositum tamen arguitur sic. mentiri iocose habet solū malitiā venialem: ergo si quis habeat complacentiam in illa malitia, cū illa volitio nō habeat malitiam nisi ex obiecto: illud obiectū in tali mendacio quod est formale super quod fertur talis volitio: est solū veniale: ergo videtur quod talis volitio sit solū peccatum veniale. Quantum ad hoc dico quod vtrūque potest probabiliter teneri. Unde Beron ex ponit auctoritatē Augusti. dupliciter. nullum est veniale, supple ex parte operis operātis, quā si placeat, efficiat mortale. Secūdo sic. nullū est veniale quin si placeat, supple sub ratiōe peccati, efficiat mortale. et tenet Rodion quod si quis feratur in peccatū sub ratiōe peccati, quod est mortale: et quicumque fertur in quodcumque obiectū sub illa ratione quia transgressiū legis dei, aut quia dei offensiuū (quod idem est) ois talis volitio est mortalis, et sic omne peccatū ex certa malitia secūdum primā acceptionē esset mortale. Ad argumentū prius factum, volitio est precise mala ex obiecto: sed obiectum super quod fertur, habet solum malitiam venialem, vt velle mentiri iocose quia venialiter offensiuum dei: ergo talis volitio est solū malaventaliter. Dico quod actus ex obiecto formali hz malitiā mortalem: et licet illi obiecto formali insit solū malitiā venialis, tamen quicumque fertur secūdum illam ratiōem, peccat mortaliter: non quod ratio formalis sit in se mortalis, sed quia sub pena peccati mortalis est disproportionata actui veniali: vt si sortis sit prohibitū ambulare sub pena peccati mortalis: tale obiectū continet malitiam mortalem solum ratione prohibitionis. Similiter dico, quicumque fertur in obiectū sub ratiōe offensiuū dei siue venialis siue mortalis, peccat mortaliter etiam ex obiecto. Alij dicūt etiā probabiliter quod solū peccat venialiter, sicut posset velle tēporaliter carere beatitudine, et solū peccat venialiter. posset similiter velle quod est demeritoriū talis pene solum venialiter. sed primus modus dicēdi apparet mihi probabilior, scilicet quod quicumque fertur in obiectū sub tali ratiōe quia dei offensiuum, peccat mortaliter. et sic patet quod sit peccare ex malitia, ex ignorantia, vel passione: et quomodo dupliciter peccat ex malitia: id est ex habitu sine impulsu passiōis aut ignorantia agendorum. Nam habitus vocatur malitia: et isto modo peccare ex malitia contingit frequenter, et est peccatum in spiritum sanctum, de quo in sequenti capitulo.

De peccato in spiritum sanctum, et speciebus eius.

Capitulum vigesimum octauum.

De peccato in Spiritu sancto, et

Sex species
peccati in spi-
ritu sancto.



Uide sco.
xliij. disti.
scdi. q. j.

Peccatum in
spiritu sancto
capit du-
pliciter.

Idendum est de alia diuisione peccati in spi-
ritu sancto: et comuniter a doc. assignantur sex
species: scilicet despectio / presumptio / impugnatio
veritatis agnite / inuidia fraternalis gratie /
penitentia / et obstinatio. Queritur an sit pecca-
tum in spiritu sancto quod non sit in patrem et
filium? arguitur quod non: quia offenditur quelibet persona-
rum tali peccato. Oppositum arguitur ex scriptura / dicitur
quod peccatum in patrem et filium remittitur / sed peccatum
in spiritu sancto non remittitur. et supponitur quod quelibet
personarum in diuinis est spiritus sanctus / ita do in rigore terminis
non: quia quilibet est spiritus: et nulla est corporea. igitur cum quilibet
sit sanctissima: quelibet est spiritus sanctus. nihilominus at-
tribuitur spiritus sanctus vni personarum / scilicet tertie per
attributionem. Supponitur secundo quod secundum diuersita-
tem doc. etiam sanctorum ponitur triplex imaginatio de peccato
in spiritu sancto. Hiero. similiter et Chryso. illud peccatum
in scriptura vocatur in spiritu sancto quod est blasphemia
in ipsam diuinitatem. Pro cuius declaratione notandum quod Chri-
stus aliqua exercuit secundum humanitatem / aliqua vero se-
cundum diuinitatem. Secundum humanitatem comedit et bi-
bit / ambulauit / conuersatus est cum peccatoribus: secundum ve-
ro diuinitatem fecit miracula / sanauit leprosum / cecos illu-
minauit / mortuos suscitauit etc. iudei autem blasphemauerunt
eum secundum ea que operabatur secundum humanitatem / quoniam di-
cebant eum voracem / et vini potatorem. et talis blasphemia
vocatur peccatum in filium hominis. Aliquando vero com-
miserunt blasphemiam secundum ea que operabatur Chri-
stus secundum diuinitatem / quando scilicet dicebant quod in principe
demoniorum eiciebat demonia: et illam blasphemiam vocant
peccatum in spiritu sancto. et secundum istum modum loquen-
di de peccato in spiritu sancto / spiritus sanctus accipitur ut
conuenit cuilibet personarum in diuinis. et illud peccatum dicitur
in spiritu sancto / quod est blasphemia secundum aliquid
quod conuenit diuinitati quod est proprium soli diuinitati: nam eij-
cere demonia / est proprium soli diuinitati. et sic loquuti sunt illi
doctores de peccato in spiritu sancto. et isto modo capiendos
aliquod peccatum in spiritu sancto potest committi ex infirmitate
aut ex ignorantia: et sic non omne peccatum in spiritu san-
cto est ex certa malitia. nam potuit stare quod aliqui rudes et sim-
plices blasphemauerunt christum secundum id quod erat proprium soli di-
uinitati / ex ignorantia. et sic non omne est ex malitia. Alii ca-
piunt aliam doctrinam de peccato in spiritu sancto. Sunt enim tres per-
sone in diuinis que sic se habent quod aliqua attribuuntur vni / et non al-
teri: et ediuerso: ut patri fortitudo et potentia / filio sapientia /
spiritui sancto bonitas. et peccatum commissum contra id quod patri attri-

bus / dicit in patre per attributionem: puta peccati commissum
 ex impotentia: et peccatum commissum ex ignorantia / dicit in fi-
 lium: et ex certa malitia / in spiritu sancto. et sic patet quod du-
 pliciter mittitur peccatum in spiritum sanctum. primo modo blasphemie
 modo contra id quod est proprium soli diuinitati. et tunc spiritus
 sanctus capitur ut est commune tribus personis. Secundo modo quod
 committitur contra attributum spiritui sancto / puta ex malitia.
 Alio modo accepit Augustinus. solum per finali impenitentia: quod
 est contra remissionem peccatorum / que attribuitur spiritui
 sancto: sicut infusio gratie: nam diffusa est gratia in cordi-
 bus nostris per spiritum sanctum. ideo finalis impenitentia vocatur
 in spiritu sancto sicut Augustinus. isto modo captendo / peccatum. s.
 continuatum usque ad mortem: ita quod peccatum in spiritum sanctum
 est solummodo circumstantia peccati in quo quis perseverat usque
 ad mortem inclusive. Et apud istos ponentes sex species peccati
 in spiritum sanctum / ut est Thomas Duran. et fere omnes / peccatum
 per quod ex contemptu remouetur illud quod conducit ad desi-
 stendum a peccato / et ad non peccandum / vel quod est ordinatum ad
 remissionem peccati: vocatur in spiritum sanctum. Unde ex parte
 dei assignantur duo: quia ex parte dei prouocamur ad non
 peccandum / et ad desistendum a peccato / ex promissione bonorum
 per spem / et terrore penarum que debent infligi pro peccatis. ideo
 illud peccatum quod de directo aufert spem / sicut est despera-
 tio / dicit in spiritum sanctum: et illud quod aufert timorem / sicut
 presumptio / dicit in spiritum sanctum. per illa duo. s. despera-
 tionem et presumptionem / aufert spes promissionum / et timor penarum.
 Similiter ex parte nostri duo sunt que retrahunt a peccato. s.
 veritas agnita / et gratia incitans et mouens ad non peccan-
 dum. impugnatio igitur veritatis agnite que aufert ipsam ve-
 ritatem quod est ex se / est peccatum in spiritum sanctum: sicut in-
 uidentia fraterne gratie. illa enim duo ordinantur de per se ut
 inuent ad non peccandum: ideo opposita dicuntur in spiritum
 sanctum. Ex parte autem peccati duo sunt que possunt res-
 trahere a peccato. Primum / vilitas peccati. secundum / breui-
 tas illius delectationis peccati. contra primum est impeni-
 tentia: et capitur impenitentia non solum prauatiue / sed etiam
 positue pro volitione non penitendi / vel volitione peccan-
 di. contra secundum est obstinatio que firmat nos in peccato
 Ad penitentiam duo requiruntur. Primum est detestatio pec-
 cati. contra illud est nolle penitere. Secundum est propositum
 non peccandi in futurum. contra illud est obstinatio. Secun-
 dum docto. in glos. super Mattheum / penitentia ex duo-
 bus oritur: ex timore / et spe. penitentia ut sit vera / requi-
 rit cognitionem veritatis / et gratiam. nam non est contri-
 tio sine gratia. Illa peccata que de directo et per se aufe-
 runt illa sex que necessario requiruntur vel tanquam causas

Ad peni-
 tentiam duo
 requirun-
 tur.

De punitione

vel tanq̄ cognitiones; vel tanq̄ de essentia penitentie: vo-
cantur in spiritum sanctum. Ideo isto modo capiendū dicitur
peccatum in spiritum sanctum per quod aufertur aliquid
quod est necessarium ad penitentiam vel tanq̄ causa; vel
tanq̄ concomitans; vel tanq̄ de essentia penitentie. Et dicitur
hoc peccatū q̄d fit ex certa malitia; irremissibile: quia
nō habet in se causam excusantē: sicut peccatū ex ignorā-
tia vel passione commissum. vnde angeli ex ppria malitia
peccauerunt sine ignorātia aut impulsu: s; primi parētes
ex tētatione: ideo peccatū eorū habuit aliquo modo cau-
sam excusantem. Dicitur ergo peccatū in spiritum sanctū
irremissibile: qz nō habet in se causam; vnde debeat remit-
ti. Dicitur etiam alio modo irremissibile: qz cōmuniter est
ex habitu: et habituati difficulter penitēt. qui vero peccāt
ex ignorantia; superueniēte cognitione: vel qui ex passio-
ne; recedente ea penitēt. sed qui ex ppria electione; absq̄
impulsu passionis; et ignorantia; recedēte actu adhuc nō
statis in summo pontifice: si vtaur non in edificationem ecclesie:
iuxta illud saluatoris: Si scandalizauerit te oculus tuus: erue
eum a te. Quod ad usum: dicit glo. quemadmodum arctauit in
mandatis et reservationibus. sed in summo pontifice non est ad
arctandum usum illius potestatis in sequenti: cum par in pare non
habeat imperium. Tertio est in ecclesia supra summum ponti
ficem non solum in materia fidei: sed in singulis: vt tenet Jo.
patriarcha antiochenus in tractatu de ista materia: quod
etiam concedit glo. in ca. si papa. xl. distinc. in peccatis scan
dalizantibus totam ecclesiam. Tertia pars est quod concilium
generale congregabile sine auctoritate pape: ista potestas
te fungitur. Pro cuius partis ampliori declaratione dico
primo quod iure diuino summo pontifici competit auctoritas or
dinaria et regularis concilium generale vocandi: et nulli alte
ri. summo enim pontifici iure diuino obligat quilibet fidelis
obtemperare: et nulli alteri: ergo iure diuino soli summo pon
tifici regulariter et ordinarie subijciunt ceteri prelati: vt ad
eius preceptum teneantur pro utilitate ecclesie ad certum conuenire
locum. De collegio autem cardinalium: apud eos qui dicunt quod
sunt de statu hierarchico: succedentes apostolis prout as
sistebant christo: similiter et petro: ante eorum diuisionem: sa
tis probabile est quod illi collegio hec auctoritas iure diuino
competeret: cum duodecim apostoli: et non solus Petrus mul
titudinem discipulorum conuocauerint Actuum. vi. Ex quo ite
rum sequitur quod non solum de statu episcoporum qui aposto
lis succedunt: sunt vocandi ad concilium ad habendam vocem
deliberatiuam: sed etiam de statu curatorum qui succedunt
discipulis. Secundo dico: si et papa et collegium ita ob
stinati essent: vt etiam vigente necessitate nollent concilium
conuocare: non esse credendum a domino derelictam ecclesiam
absque medio opportuno vt se conseruet: tunc et pregat:
alias melius esset ordinata politia pure ciuili quam ecclesiastica:

In vesperijs habita. Fo. cxxxiij.

ea: est eorū principib⁹ negligētib⁹ eius tuitionē / possit po-
pū ab aduersarijs se defendere. Un̄ in tali casu meo iudi-
cio quilibet ecclesia particularis ad cui⁹ notitiā puenit con-
gregādi cōciliū necessitas / necnō eorū vel ei⁹ ad quē or-
dinarie spectat cōuocare / obstinata malitia: ceteris nō p-
ceptiue / s; cōsultiuē illud manifestare debet / necnō certū
locū aut certa nominare ad quē vel que tut⁹ pateat acces-
sus: ad instar oculi / qui cū puidet pericula corpori imine-
re / ceteris manifestat mēbris / necnon locū ostēdit ad quē
cōfugere possint / et instrumēta quibus se ptegāt: et post istā
manifestationē ceterae ecclesie particulares nō humano / s;
diuino precepto ad locū aliquē tutū debēt puenire: sicut
postq̄ p expertū medicū alicui dictū est de aliquo cibo qd
est necessarius ad eius sustentationē: nō vi precepti medi-
ci: sed vi pcepti legis nature tenet illū sumere. Corollarie
sequitur quarundā puinciarū platos de necessitate cōciliij
sufficiēter instructos / nec aliter laborātes p pace ecclesie /
nō esse in psciētia tutos. Dico tertio: si singule ecclesie p-
ticulares post hāc institutionē ad certū cōuenerint locū:
apud illā collectionē ecclesie residet auctoritas / imo etiā
si a casu puenirēt: vt dicit Jo. Berson. Quis enim dubitat
quin apud collectionē aploꝝ q̄ a casu puenirūt (vt dicit)
in trāsitu hginis / tāta fuerit auctoritas sicut si petri pce-
pto puenissent? Dico q̄rto pbabilr / nihil temere asserēdo /
si post talē insinuationē cause necessarie pgregatiōis fien-
de / aliquae particulares eccleie / ceteris pniciose negligētib⁹ /
apud aliquē certū locū pueniāt: tota residet i eis auctas.
Si enī nō posset dextera man⁹ aut nollet p imaginationē
corpis defēsioni vacare: nōne apud sinistrā residet de-
fēdi corp⁹ ptas: et si neutra manuū velit aut possit / i ce-
teris mēbris? Et hoc ē satis pforme dicto xpi: Ubi duo vel
tres fuerit pgregati in noīe meo: in medio eoz sū. et dicit i
noīe meo / et nō in noīe petri. et istud iterū pbat. nā possibi-
le est sūmū pōtificē cū vna ecclesia obstinatū eē / et nolle va-
care eccleie edificatiōi / s; poti⁹ destructioni. quo i casu qd
asserere auderet in pte residua ptātē nō esse? Utinā zel⁹
dom⁹ dei nr̄i tpris platos cū regio ppheta comederet / et ze-
larēt salutē xp̄ifideliū plusq̄ pecuniā. non differrēt ppera-
re ad cōciliū pisanū / aut quēuis aliū locū tutū / et occurre-
re effusioni tāti sanguis xp̄iani / necnō vt verisile est in nu-
mere aīaz pditioni que eoz custodie cōmisse sunt. Vidēt
ecclesiam gallicanā ad quēcūq̄ locum tutū paratissimā
pficisci. Quis enī eis locū tutū Romanū estimabit esse? cū
in eos tm̄ seuiat sc̄tissimi p̄ris anim⁹ / vt quēuis pnc̄s ro-
manistaz suoz iudicet p̄siliū / nō expectato p̄m aduētū /
nō obstāte legitima appellatiōe interiecta: et nō suato iu-

Questio

his ordine/in eos pcesserit/deponēdo & excōicando/vt iſſ
eos intitulet/olim lugdunēsem & senonēsem epōs:& sic de
alijs/cān.ſ. dicitur⁹ cū aduenerint pſes qui depositi sunt/
ſi uenerint:aut etiā ſi uideat⁹ nō dicitur⁹:ſ; peiora factur⁹.
Quid uobis uideat⁹? q̄s dubitare poterit hec tpa periculosa
magis eē q̄ tpa ſchismatis? cū caput ac ſi eēt in destructio:
nē ſibi ptās data/& nō in edificationē/ in eos q̄ ſaluti cor
poris xp̄i intēdūt/ſeuire uideat⁹ & p eo q̄ bñ arguūt/ple
ctere pena. Sed illas cēſuras nullo modo eſſe timēdas cō
ſtat ex eo q̄ dicit⁹ doct. in. iij. diſt. viij. noiatim Durād⁹:
Cū ſn̄ia manifeſtū errorem cōtinet/vtputa ſi dicat⁹ excōico
te qz credis in deū:nullo modo eſt timēda/nec ſeruāda in
ſecreto aut publico. S; de his hacten⁹. ¶ Ultima pars eſt
q̄ cōciliū generale oēs actus iurisdictionis eccliaſtice in
quēlibet xp̄ifidelē exercere pōt. Q; poſſit diſpēſare/ptz ex
ca. pſbyter. lxxvij. diſt. Q; poſſit canones obligātes p̄dere:
patet ex. xvij. ca. Actū. & c. ſi quis. de clericis. xij. q. ij. Q;
poſſit dare indulgētias/ptz/ cū indulgētie denſ ex theſau
ro ecclie/cui⁹ papa miniſter eſt. Si enī miniſter ex theſau
ro dñi aliquid erogare poſſit:a fortiori ecclia dñi poterit.
Q; poſſit excōicare:ptz ex ca. ep̄i. & ca. placuit. xj. q. iij. & c.
ois vtriuſq; ſexus. de penitētis & remiſſiōib⁹. ¶ Circa iſtā
partē dñs veſperizat⁹ magiſter Ludouicus Bel poſuit p
poſitionē mecū collatiuā/ q̄ ſummus pōtifex pōt excōica
ri manēs ſummus pōtifex. cui ppoſitioni nollē cōtradice
re/qz determinatū eſt per cōcilia antiquitus: nunc per ſa
crū cōciliū piſanū reuocatū/ q̄ ſumm⁹ pōtifex illi p̄cepto:
Si peccauerit in te frater tu⁹ & c. ſubiicit⁹ non ſolū actiue/
ſed etiā paſſiue. verūtm̄ eius ppoſitio non eſt ita certa q̄
de multoz ptāte p̄cilioz zelatores maximi dubitauerint/
non ppter impotētā cōcilio/ ſed rei cōtradictionē: vt ptz
ex Nicolao de cuſa in libro quē cōpilauit in p̄cilio Baſiliē
ſi/ qui intitulat⁹ de cōcordia eccliaſtica/opus p̄fecto inſi
gne:in quo preclariffime de ptāte cōcilioz & ſummi pōtis
ficis & regū & imperatoris diffinit ca. xvij. ſc̄di tractatus:
hoc pacto:Cū papat⁹ in libera admīſtrādi ptāte cōſiſtere
uideat⁹ & nil aliud uideat⁹ eſſe q̄ libera ptās ſup oēs ligādi
et ſoluendi. et Joānes Berſon p̄ſideratione habita de ſta
tu papali/ ſic dicit: Status papalis q̄uis eximat papā a le
gibus pure poſitiuis ciuilib⁹ aut canonicis/ ſic q̄ ſm̄ eas
coerceri punitione non pōt. Et q̄ loquat⁹ de canonib⁹ ge
neralioz cōcilioz/ ſatis ptz ex eadem p̄ſideratione. Et ad
iſtud p̄bandū adducā rōnes q̄ mihi uident⁹ apparētiores/
relictis auctoritatib⁹ que varie ſunt. Primo ſic. papa non
pōt ſeparari a cōione fidelū: ergo nō pōt excōicari. p̄na te
net: qz excōicatio quēlibet illā ſeparationē importat. & p̄

In vesperijs habita. Fo. cxxxv.

bat añs: qz cū quis excōicaf / ei⁹ subditi licite cū eo pñt cō
municare: vt ex oib⁹ doctorib⁹ notū est. sed sūmo pōtifici
q̄libet fidelis est subiect⁹: ḡ nullo modo pōt separari a licē
ta fidelīū cōione. Et cōfirmat ista rō: qz iure diuino tenet
quēlibet xp̄ifidelē pascere: ⁊ q̄libet xp̄ifidelis ab eo pastu
rā accipere: qz iure diuino est ei determinata cura cuiuslibet
fidelis / qñ xp̄s dixit: pascite oues meas. s; ꝓciliū ḡnale a ꝓ
cepto diuino soluere nō pōt. ergo. Sc̄do. si summ⁹ pōtifex
posset excōicari absq; ei⁹ depositione / a cōcilio: ergo pote
rit remanere summus pōtifex excōicatus ꝓcilio dissoluto.
ꝓñā tenet: qz post talē sentētiā poterit dissolui absq; depo
sitione ⁊ absolutione. sed q̄ro / q̄s tunc absoluet? ⁊ apparet
q̄ nullus poterit soluere nisi in mortis articulo: qz nullus
pōt absoluere a cēsura lata ab hoīe vel hoīb⁹ noīatim nisi
ille qui tulit aut illi qui tulerūt / si a cōitate feratur / vñ ad
eū aut eos superior. Tū sc̄do / absolui a tali cēsura est act⁹
iurisdictionis fori exterioris quē in papā nullus nec aliq̄
collegiū preter ꝓciliū ḡnale habere dinoscit. hinc dicunt
doct. ēt Berson q̄ nulli pōt se submittere q̄ possit eū excōi
care / s; possit se alicui submittere q̄ eū possit a ꝓctō solue
re. Tertio / si sūmus pōtifex possit excōicari a cōcilio: ḡ po
terit incurrere snīam canonis sentētie late a ꝓcilio: sicut
est canon de semel cōfitendo in anno: ⁊ sic esset excōicat⁹
sūmus pontifex ipso facto si non cōfiteret̄ semel in anno.
Hoc autē foret periculosissimū: qz tūc quicūq; act⁹ iuris
dictionis / sicut sunt excōicationes / dispēsatiōes / beneficio
rū collatiōes / essent nulli / cū excōicat⁹ q̄libet exercitio iur
isdictionis careat. Preterea tūc non esset orādū ꝓ sūmo
pōtifice. Sicut tūc caput esset a corpe separatū / ⁊ sic nō es
set ampli⁹ caput. Et ad oēs canones ꝓcilioꝝ constantiē.
basiliē. ⁊ lateraneē. in summū pōtificē sub pena suspēsi
ōis / rñdet Nicola⁹ de cusa / q̄ sūt itelligēdi sub pena suspē
siōis ab exercitio iurisdictionis fori exterioris. Et ad rōnē:
curatus manēs curat⁹ pōt excōicari. Rñdet̄. nō est sile: qz
cuiuslibet curato ex iure pure positiuo determinate sūt iste
vel ille oues: sed summo pontifici iure diuino omnes chr̄i
stifideles determinate sunt oues. hinc ipso remanēte non
potest carum cōmunionē priuari. finis.

¶ Sequit̄ libellus de auctoritate eccle
sie seu sacrorū ꝓcilioꝝ eā representantiū / editus a mḡfo Ja
cobo Alman Senonēsis diocesis doctore theologo: con
tra Thomam de viō / qui his diebus suis scriptis nisus est
omnē ecclesie ch̄isti sponse potestātē enervare.

De auctoritate

Primū capitulum: i quo tractat de origine iurisdictionis civilis: vt per eius comparationem notificetur iurisdicctio ecclesiastica.



Utemadmodū deus nature auctor hominē cōdidit cū naturali iure seu potestate ea que sue sustentationi ac cōseruationi necessaria sunt sumēdi / nec non ⁊ ea que nociua sunt repellēdi: ita sup eo iure fūdatur potestas eū qui iniuste aggredit̄ interimēdi / si seruet moderamen inculpate tutelę: quāuis oppositū dogmatizet de auctoritate in suo tractatu de potestate ecclesiastica: cui⁹ rationes nūc omitto / cū nō sit hec materia presentis speculationis. similiter et cōmunitas quelibet aliquoz adinuicē ciuilit̄ cōuersantū (que iuxta dictū Pauli ad Romanos. xij. velut vnū corpus est: cui⁹ singuli alter alterius sunt mēbra) naturalē habet potestatē se non solū in esse / verū etiā in esse pacifico cōseruādi: ad quam spectat eos quoz vita est in perturbationē eius / etiā per mortē prescindere. ⁊ istud deduci potest ex scō Thoma scda scōe questioe. lxxij. Dis enī pars ordinatur ad totum cuius est pars / velut imperfectū ad perfectum. ⁊ si salutē totius corporis expediat abscissio alicuius mēbri: puta quia est putridum / aut ceteroz infectiuū: in toto corpore residet auctoritas illud prescindi. Cū ergo quelibet persona singularis cōparetur ad totam cōmunitatē sicut pars ad totū: ideo si aliquis sit perniciosus in cōmunitate: laudabiliter a cōitate interimif. Et istud idem ostendit sic. Cōmunitas cōfert principi auctoritatē occidendi eos quoz vita in perniciē reipublice cedit. ergo illa auctoritas est per prius in cōmunitate: cū nemo alteri det qd non habet. Et antecedēs notū est / cū princeps a se auctoritatē illā nō habeat / nec habet eā immediate a deo / saltē vt in plurib⁹. Nam vt dicūt doctores presertim Durāndus in tractatu de iurisdictione ecclesiastica: Non est intelligendū q auctoritas regis secularis sit a deo / sic q immediate eam alicui cōmiserit regulariter: s; qz fm rectā rationē quam deus hoibus indidit / est alicui cōmissa. Et non videt̄ cum nō sit a deo immediate cōmissa / a quo sit principi collata: nisi ab ipsa cōmunitate: igit̄ assumptum verum. Ex ante dictis inferuntur aliqua corollaria. Primum est. Primaria potestas iurisdictionis coercitiua etiā vsq; ad mortē infligēdam / non est cōstitutū ad ei⁹ iustitiam

tutionem pure positiuam / quauis eius communicatio certe persone / utputa regi aut certis personis de cōmunitate paucis aut pluribus qui eā regant aristocratically aut timocratically / sit positiuam . Et istud manifeste ostenditur / qz hoc preceptum non occides / cū sit de iure naturali / ab eo nullus potest excipi casus per quodcunq; ius positiuū saltem humanū / cum humana potestas supra ius nature non existat. ergo primaria potestas occidēdi non est positiuam humana / sed naturalis. Secundum corollarium est. Nulla cōmunitas perfecta hanc potestatem a se abdicare potest : sicut nec singularis homo quā habet potestatem ad se conseruandū : immo nec ea priuari potest nisi a deo. et huius sentētie videtur esse glossa. xxij. questione. iij. in capitulo ostendit. in qua sic dicitur. Populus bñ habet iurisdictionē / licet dicat lex qz trāstulit ius suum in imperatorē . Nā si ciuitas vel populus non haberet iurisdictionem / quare puniretur propter defectū iudicis? ut. xxij. questione secunda capitulo dominus. vbi dicit: Ciuitas plectenda est que vel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est / vel reddere quod per iniurias ablatū est. Tertium corollarium. Tota cōmunitas potestatem habet super principem ab ea constitutū : qua eum / si non in edificationē / sed destructionem politie regat / deponere potest : alias nō esset in ea sufficiens potestas se conseruādi . Et ista potestate Balorum cōitas quondā vsa / regē suum deposuit non tām pro criminibus s̄ pro eo qz tātō regimini inutilis esset : ut habet glossa in capitulo alius . xv. q. vj . vbi dicit qz Zacharias pōtifex regē francoꝝ deposuit. h̄ glossa. i. deponētib; consensit. hac eadem potestate vsi filij israel recesserunt a Roboā / qui erat salomōis naturalis successor : eligētes in regē super se Hieroboam : ut patet. iij. Regum. xij. Et quia super aliquem populū a deo acceperint aliqui iurisdictionē ciuilē immediate / ut videtur pbabile de saule et dauid : nihilominus semper toti cōitati fuerunt subiecti casu quo in destructionē eius regimē eorū esset. ¶ Quartū corollarium. Non ideo dicitur politia aliqua regalis qz vnicus ei presit / qui sit tota cōitate in iurisdictione maior / nec ei quouis mō subiectus : sed solū ppter hanc causam qz vnicus preest qui in quēlibet alterū de cōitate iurisdictionē habet / et est eo superior. et hoc minime reperitur in politia timocratica aut aristocratica. Nec cōueniēs foret aliquē vnum taliter cōitati presici qui eēt ea tota in oī casu superior / nisi talis foret indeuiazibilis / quēadmodum de christo censetur / qui cōitatē regere posset scdm voluntatē / et non scdm legē : et tūc esset politia illa perfecte regalis. ¶ Quintū corollarium est. falsum est illud Scoti distinctionis. xv. q. iij. qz nō licet

De auctoritate

quēdā occidere auctoritate publica nisi in casib⁹ exceptis a deo ab isto precepto / nō occides. si em̄ intelligat de exēptione facta per ius diuinū positiuū / qualis erāt iudicia veteris testamēti / sicut videtur pretēdere: tunc tēpore legis nature non licuisset quēdā interficere / cū tunc nōdū esset ius diuinū positiuū . nec gentilibus tpe legis moysaice licuisset aliquē interimere / cum eis illa lex non esset data. Similiter in lege euāgelica nō esset principibus licitum aliquē ad mortem dānare / saltē nisi pro homicidio / cū lex vetus sit reuocata / et euangeliū nullū excipiat casum / nisi dixeris homicidiū exceptū fuisse Matthei. xvi. Omnes qui gladiū acceperint / gladio peribūt. Si autem intelligat de exēptis a deo per ius naturale: non facio difficultatē. sed tūc nulla est eius probatio ad probandum q̄ pro simplici furto non licet interficere. Ex oibus his facile est videre quō potestas qua rex utitur / est ptās cōmunitatis. hinc auctoritate publica dī agere. ⁊ hāc ob rē Guillelmus parisiensis dicit dñum p̄cipū esse ministeriale. Cōsequenter facile est videre q̄ principatus regalis ⁊ principatus aristocraticus ⁊ principatus timocraticus non differunt inter se q̄ sint diuerse potestatis / cū idem obiectū penitus habeant: s̄ propter diuersitatē subiectorum. Sed quia de hac potestate civili in hoc tractatu nihil intendo principaliter dicere / propterea hec sufficiant.

¶ Secundū cap. in quo ostenditur aliā esse potestatē nō naturalem nec humanitus instituibilem.



Um christifideliū collectio non sit solū corp⁹ politicū / ⁊ ad finem naturalem ordinatū / quī est viuere secūdum virtutē / verumetiā est corpus mysticū christi / et ad finē supernaturalē vitā sc̄z eternam ordinatum: ad eius consecutionē legislator de medio nostri suscitatur iuxta vaticiniū moysi / christus sc̄z / legem gratie et libertatis tulit: et potestatem instituit nō ad corpora occidēda / qualis est potestas civilis: (q̄ nō querit mortē peccatoris / sed magis vt viuat et cōuertatur: nec venit perdere quēdā / sed potius singulos viuificare) sed ad compellēdum fideles legē euāgelicam conseruare / alterius pene metu / sc̄z spiritualis coercuit. De cuius ptātis integritate duo sunt. Primum est auctoritatiue posse ius dicere siue diffiniendo / siue aliquid quod p̄ferat multū ad consecutionē finis / statuendo. Scdm̄ est posse dictū ius non obseruantē / aliqua mulctare pena. Hec aut potestas nō est naturalis: sed positia: nō ab hoīe puro aut ab hoibus instituibilis / sed a deo solo. Pro cuius pbatione supponēdum est (quēadmodum optime declarat Herueus in suo tractatu de potestate pa

pe. Aliud est instituere potestatem / et institutum alicui persone conferre. Et istud manifestum est ex priori capitulo / cum populus potestatem occidendi non instituat: quia est naturalis: sed eam principi conferat. Instituire namque potestatem est ordinare quod in civitate sit aliquis potestas / et talis / ad tot casus / ad talem populum: et sic de similibus. Et talis institutio tempore precedere potest communicationem certe persone. Potestas autem talis potest conferri alicui dupliciter. Uno modo quod conferat determinate persone: ut cum rex Petrum aut Guillelmum instituit alicuius civitatis ballivum. Alio modo non determinate persone: sed persone determinate conditionis: ut si rex institueret aliquam potestatem jurisdictionis in aliqua civitate / ordinando quod quicumque a talibus eligeretur / eam consequeretur: talis electio est dispositio ultimata ex parte recipientis / que facit eum capace talis potestatis ex antiqua institutione principis. Istis suppositis / probatur quod a solo deo est hec potestas instituibilis. Nec potestas non est instituibilis nisi vel a papa / vel a communitate christiana / vel a deo. Sed primo quod non possit institui a communitate christiana / probatur sic / scilicet propria auctoritate: quia talis potestas includit aliquid quod humanam potestatem excedit: puta posse relaxare aliquid de pena debita in foro dei: posse aliquem reddere incapace (quantum ad deum) suffragiorum ecclesie: et multa alia. ergo a communitate christiana institui non potest. Et quod a papa institui non possit / manifeste patet ex hoc quia prius scilicet natura est illam potestatem esse quam aliquem esse papam. Corollarie sequitur quod nec ista potestas ab homine puro aut hominibus destitui potest. Secundo sequitur corollarie quod potestas ecclesiastica de qua nunc loquimur / est potestas coercitiva / immediate a christo instituta / que valet exerceri in alterum etiam inuitum ad dirigendum subditos in finem beatitudinis eterne / velut in finem proximum et principaliter intentum. Consequenter ex dictis multiplex haberi potest differentia inter potestatem ecclesiasticam jurisdictionis in foro exteriori / et potestatem laicam. Prima ex parte institutionis / cum una sit naturalis quantum ad institutionem: altera supernaturalis. Secunda ex parte finis. Una est ad finem naturalem: altera ad finem supernaturalem. Tertia ex parte penarum que infligi possunt per has potestates: quia per unam corporalis pena duntaxat / per alteram vero spiritualis precise. Quarta ex parte subiectorum: quia unum capax est etiam infidelis: alterum vero nullus capax est nisi sacro baptismo regeneratus / etiam una / scilicet temporalis / in infideles exerceri potest: altera in solos fideles: ut infra patebit. De alijs autem potestatibus ecclesiasticis a coercitiva / quas optime declarat Joannes de parisius / et consequenter Petrus de aliaco / in hoc tractatu nihil dicere intendo. Tertium corollarium.

De auctoritate

Deiavit a fide Marsili⁹ de padua/ oēm coercitiuā iurisdictionē ab ecclesiasticis auferens: vt videre est in suo tractatu qui in quibusdā voluminibus defensoriū pacis intituatur. Quartū corollariū. Potestas ecclesiastica in se cōsiderata/ nullatenus ab hominib⁹ restringi potest. si enī ab ipsis nō sit instituibilis/ nec destituibilis: nec ab ipsis fieri potest q̄ in aliquos act⁹ non possit in quos poterat prius. Et istud corollariū bene tractat Joannes de gersono cōsideratione septima de ptāte ecclesiastica. Et q̄ hec certa sunt/ nō curauī auctoritatū aut rationū numero munire.

Tertium capitulum in quo ostenditur ad que se extendat hec potestas.



Anta est inter doctores cōtrouersia de plenitudine huius potestatis/ et ad que se extēdat: vt pauca sint in ista materia segura: ita q̄ his tēporibus (vt dicit Suillermus Ockā circa finē prime partis dialogi) summe necessariū foret q̄ per sapiētes iuramentis et horribilibus cōminationib⁹ ad veritatē dicendā arctatos declararent que ad plenitudinē potestatis ecclesiastice spectāt. Quidā enim eā ita ampliant forsitan adulationis causa vt bñficia et priuilegia obtineāt: vt omnino absorpta videatur principū potestas: nec nō ad act⁹ se extēdat in destructionē ecclesie. Quidā em̄ eam dilatant vsq̄ ad dissolutionē matrimonij rati nō cōsummati: vt glossa Joānis Andree in capitulo quod votū. de voto et voti redēptione. libro. vi. et glossa in capitulo ex publico. de conuersione coniugatorum. qui ponit hanc propositionē: q̄ summus pōtifer posset statuere q̄ per secūdum matrimoniū rumpetur prius nō cōsummatū: sicut rumpitur per ingressionē religionis. Que t̄tum periculi cōtineat/ aduertere potest lector. Eiusdē sententie est Panormitanus in eodem capitulo: et cū ipsis deiavit magister Thomas de vio in suis opusculis aureis de diuersis ac curiosissimis materijs. Istud est contra verbū xp̄i Matthei. xix. Quos deus coniunxit/ homo nō separet: nisi fornicatiōis causa. vbi hominē potestatē dissoluendi matrimoniū denegauit. Secūdo si dissolui posset sine ingressu religionis/ non est verisimile quin hoc cōperiri possit ex sacris litteris: quēadmodū de matrimonio iter infideles altera partiū cōuersa ad fidem. Tertio summus pōtifer non potest debitore absolue re inuito creditore. si enim oppositū dicatur/ creditorum multi ad ipsum currerēt pro absolute. ergo nec potest mulierem ab obligatione qua est obligata viro/ absolue. Et hāc partē pro indubitata tenet Scot⁹. xxxi. distinctiōe quarti. et Petrus de palude. xxvij. eiusdē. Sed pro priori

parte arguitur / vt magis pateat veritas. Dissoluitur matrimonium ratum non consummatum per votum solenne religionis. sed voti solennitas non ex iure diuino / sed humano est : vt patet per capitulum preallegatum quod votum. in quo dicitur: Voti solennitas ex sola constitutione ecclesie est inuenta. ergo ex statuto humano dissoluitur matrimonium. Secundo / si votum solenne ex statuto diuino dissolueret matrimonium non consummatum: a fortiori illegitimaret iure diuino ad matrimonium sequens. Minus est enim illegitimare quam contractum dissoluere: cum primum possit ecclesia / et non secundum. Sed falsitas consequens ostendit: quia si illegitimaret iure diuino / non posset summus pontifex nec ecclesia tota dispensare cum illo qui vouit solenniter / in quocumque casu: cum non possint contra ius diuinum. Tertio / matrimonium contractum et ratum solum significat coniunctionem christi et anime fidelis: que dissolubilis est: ergo illud matrimonium est etiam dissolubile. Si dicatur quod significat etiam coniunctionem christi et ecclesie indissolubilem: vt dicit magister sententiarum dist. xxvj. quarti: consequenter et Richardus: Contra. sequitur bigamiam contrahi si vxore prima mortua ante consummationem / contraheret cum secunda: vel econuerso si aliquis aliquam cuius vir mortuus est ante consummationem / in vxorem duceret. hoc autem est contra capitulum debitum / de bigamis non ordinandis. Probatum tamen sequela: quia ratio bigamie est defectus sacramenti: quia non est vnicus vnus: sicut christus vnus vnice coniunctus est ecclesie. ¶ Ad primum istorum respondet: bene verum est quod modus per quem solennizat votum / est ex statuto et determinatione ecclesie: non tamen sequitur effectum sequentem ad votum solenne per quod vouens moritur civiliter / esse de statuto ecclesie. ¶ Ad secundum quod est forte ad probandum quod in voto solenni non cadit dispensatio: videtur mihi dicendum quod votum solenne iure diuino tantum illegitimatur quod diu obligat: ita quod si tentet contrahere secluso quocumque statuto humano / non contraheret. Sed quia potest emergere casus in quo amplius non obligat / et tunc cessat illegitimare: sic papa non dispensat: nisi capiendo dispensare vt tamen valet sicut ius declarare. ¶ Ad tertium dicitur primo quod consequentia prima nihil valet. in statu enim innocentie matrimonium cum non esset sacramentum / non significasset aliquam coniunctionem indissolubilem: et tamen non fuisset dissolubile. ¶ Dicitur secundo quod antecedens est falsum: immo significat coniunctionem christi et ecclesie: vt habet magister sententiarum dist. xxvj. quarti: et Richardus consequenter: quibus tamen apud Richardum non tam perfecte sicut matrimonium consummatum. ¶ De vltimo quod consequentia non valet qua infertur bigamiam in illis casibus contrahi: et hoc solum quia ecclesia non statuit quod contrahat. Contrahit enim solum per diuisionem car-

De auctoritate

nis pluribus/vel alicui que diuisit pluribus. Aliqui istā potestatem extēdūt ad infideles: vt Panormitanus in capitulo nouit. de iudicijs. dicēs q̄ per istā potestatem ad precepta legis nature saltē cōpelli possunt. sed oppositū istū habetur ex capitulo Saudemus: de diuortijs. vbi dicit̄ eos constitutionibus canonicis minime arctari: iuxta illud apostoli: Quid em̄ ad nos de his q̄ foris sunt iudicare? Arctaretur em̄ constitutionibus ecclesiasticis precipiētibus ea que sunt iuris naturalis/ sub cēsuris. Sc̄do/ cum excommunicatio non sit aliud q̄ a consortio fidelium et participatio ne sacramentorum separatio: sequitur infidelē excommunicari nō posse. et si in oppositū allegetur illud christi Matthei. xvi. dictū petro cū ei p̄missa fuit hec potestas: Quodcumq̄ ligaueris super terrā/ erit ligatū et in celis: et quodcumq̄ solueris super terrā/ erit solutum et in celis. et illud Matthei. xviii. Quecumq̄ alligaueritis super terrā/ erunt ligata et in celo: et quecumq̄ solueritis super terrā/ erunt soluta et in celo. In quibus auctoritatibus dicitur quodcumq̄ et quecumq̄ vniuersaliter. Respondetur q̄ vtraq̄ auctoritas de fidelibus intelligenda est. De his auctoritatibus infra magis patebit. Aliqui ad peccata secretissima cordis eā extendi volūt: vt glossa in clementina de hereticis. Oppositū istius ab omnibus ferme doctoribus tenetur. Et pro maiori elucidatione supponēdum est esse quoddam peccatū quod in solo consistit actu interiori/ cū scilicet ad nullū opus exterius sit progressio. Aliud est peccatū ad opus vsq̄ exterius p̄grediens: et istud est iterū duplex. Est quoddā qd̄ non est peccatū ex opere exteriori ad qd̄ progreditur/ sed solum ex mala relatione interiori: vt est dare elemosynam p̄pter malum finē. Est aliud qd̄ est peccatum ex opere exteriori/ qz sc̄z prohibitū est. Et istud multiplex est/ quoddā est qd̄ iuridice probari pōt factū esse: sc̄z per duos vel tres testes: et etiam actor ipsius peccati. Est aliud qd̄ iuridice p̄bari potest: sed actor nō: vt cum reperitur trucidatū corpus/ sed cū trucidaretur/ nullus presens erat. Est aliud qd̄ nec iuridice p̄bari potest/ nec eius actor/ propter defectū testium ad vtrūq̄. ¶ Secundo supponendū est q̄ ecclesiastica potestas non solū est ad infligendū penam p̄ crimine preterito p̄bato/ sed ad statuendū aliquid sub pena: quod quidē statutū solum respicit futura. de constitutionibus capitulo cognoscentes. eodem titulo/ capitulo ultimo. cuius transgressor eo facto q̄ transgreditur / penā illam incurrit: vt videre est in plerisque statutis. ¶ Istis suppositis dicitur primo q̄ ecclesia nihil potest super peccata cordis/ et que ad actum exteriorē non sunt p̄gressa. Et addit Durandus. xvij. dist. quarti. Non solum propter defectum co-

gnitionis / sed propter defectum iurisdictionis. ea enim de
 suo reseruauit iudicio / qui scrutatur corda & renes: homi-
 nibus autem ea que foris sunt / dedit iudicare. et sententia
 Durandi multum apparentie habet: quia si hoc non esset
 propter defectum iurisdictionis / sed cognitionis: ecclesia
 ad minus posset in illa statuendo / sicut in opera exteriora
 futura que nunquam probari poterunt propter defectum tes-
 tium. Pro actu enim exteriori quibus occulto incurritur pe-
 na iuris: ut regulariter tenent doctores / nominatim de pa-
 lude. xiii. distinctione quarti. Tunc probatur ista proposi-
 tio. Primum per parabolam saluatoris Matthei. xiii. de ziza-
 nis / ubi secundum expositionem doctorum prohibentur mali sub
 nomine zizanie intellecti / eradicari per censuram excoica-
 tionis / quando a bonis intellectis per frumentum / cognosci
 non possunt. Secundo per capitulum cogitationis. de pe-
 nitentia distinctione prima. Cogitationis penam nemo pa-
 tiatur. ubi glossa: ab hominibus: sed bene a deo. Adduci pos-
 sent ad hoc probandum plura capitula / ut capitulum si-
 cut tuis litteris. de simonia. capitulum tua nos. eodem ti-
 tulo. capitulum erubescant. xxxij. distinctio. capitulum con-
 suluisti. secunda questione quinta. ¶ Secundo dicitur: si pro-
 cedatur ad peccatum exterius / quod quidem opus non est
 malum nisi propter malam relationem interiorē: ad tale
 peccatum non extenditur ecclesiastica potestas iuridica.
 Cum enim non sint illa opera prohibita secundum suam substan-
 tiam / sed solum secundum interiorē relationem / ad quam puniē-
 dam non extenditur ecclesiastica potestas: nec extenditur
 ad illa peccata. Secundo probatur idē. non potest etiam
 ex natura operis / et non solum ex defectu testium probari
 opus illud peccatum esse / nisi de relatione probaretur: er-
 go sicut relatio ecclesiastice non subicitur potestati: ita nec
 peccatum illud. ¶ Tertio dicitur quod ecclesiastica potestas
 extenditur ad peccatum iuridice notum / cuius actus actus
 iuridice ignotus est. probatur per capitulum quidam malis
 signi spiritus. v. questione. j. ubi de quodam qui contra ca-
 storum notarum ac responsalem apostolicum nocturno si-
 lentio in publico ciuitatis loco contestationem posuerat /
 in eius crimina loquentem: dicit Adrianus papa. Qui si
 non exierit / neque publice confessus fuerit: quisquis ille sit
 qui hoc agere presumpserit: vel consensum tante iniquita-
 tis consilio prebuerit: ex dei et domini nostri Jesu christi
 spiritu diffinimus ut sancti eius corporis & sanguinis par-
 ticipatione priuatus sit. et iste est vnus casus apud guillel-
 mum Ockam in tertia parte sui dialogi: in quo recurrens
 dum est ad potestatem ecclesiasticam in crimine civili.
 ¶ Quarto dicitur quod ad peccata exteriora que secundum se sunt

De auctoritate

prohibita / Quis non iuridice possint probari propter defectum testium / nec actor: extenditur hec potestas statuendo. Probatur ex capitulo porro. de sententia excommunicationis. in quo dicitur eos qui manus violentas in fratres suos iniecerunt / qui non convicti / sed priuatiu veniam postulant / esse monendos vt satisfaciant his quos leserunt: et apostolice sedi se presentent: cum ab alio sine speciali mandato absolui non valeant. ergo illi sunt excommunicati. Absurdum enim foret dicere eum qui violentas iniecit in clericum manus quis secrete / non esse excommunicatum. Et in omnibus istis de iuridica potestate loquor / que foris exterius respicit.

¶ Capitulum quartum: in quo ponuntur obiectiones ad ista: et soluuntur.



¶ Contra primum istorum quattuor dictorum obijciunt. habens solum peccata cordis / vt statuti ecclesie Omnis vtriusque sexus / teneat in paschate confiteri ea: et si non confiteatur / incurrit censuram excommunicationis: vt patet ex dicto capitulo: ergo potestas ecclesiastica ad illa cordis peccata extenditur. ¶ Secundo / inquisitor fidei omittens procedere contra hereticos / sine quocumque actu exteriori incurrit censuram excommunicationis: vt patet in clementina multorum. de hereticis. et glossa ibidem / hic patet aperte quod constitutio militantis ecclesie ligat crimen omnino occultum / ad penas suspensionis et excommunicationis. et ad hoc inducit capitulum primum de statu monachorum eodem libro. §. quia vero. vbi de monachis discurrentibus per curias principum dicit: Quod si vt suis prelatibus aut monasterijs damnum aliquod inferant / ad dictas curias se transferre presumpserint: excommunicationis sententiam eos incurere volumus ipso facto. hic non excommunicantur pro eo quod ad curias principum se transfulerunt / sed quia intendunt prelato aut monasterio damnum inferre. et sic pro solo actu interiori. ¶ Tertio arguitur. Si ecclesia alicui precipiat sub pena excommunicationis quod aliquam accipiat in uxorem: eam scilicet cum qua prius contraxerat sponsalia: et proferat illa verba exterius / et non consentiat interiori: videretur excommunicatus / cum non accipiat eam in uxorem: et hoc est propter omissionem solius actus interioris: ergo etiam pro solo actu interiori excommunicari potest. ¶ Deinde arguitur contra tertium et quartum dicta / primo per capitulum sicut de tuis litteris. de simonia. in quo dicitur: Illos autem qui dederunt pecuniam vel etiam receperunt / in tantum constat esse culpabiles quod si eorum excessus esset ecclesie manifestus (que non iudicat de occultis) pena canonica est

sent feriendi. ergo si non sit manifestus non sunt feriendi. Et in capitulo erubescant. xxxij. distinc. in quo de presbyteris diaconis et subdiaconis qui mulierculas non abiescerunt dicitur qd sunt excludendi a suorum gradu dignitate: statim subiungitur. De manifestis quidem loquimur: secretozum autem deus et cognitor et iudex est. ¶ Secundo arguitur. Matthei. xvij. vbi instituta est hec potestas ecclesiastica datur forma s'm quam sit ea vtendum. s; sic est qd ibi precipitur reum esse ecclesie denunciandum et conuincendum per duos vel tres testes: ergo non extenditur hec potestas ad ea peccata exteriora que probari non possunt. ¶ Ad primum istorum dicitur primo qd confiteri est actus exterior: et sic preceptum illud non fertur immediate et per se super actum interiozem: Quis feratur super exteriorem qui est de actu interiozi. Dicitur secundo s'm Durandum qd preceptum ecclesie principaliter fertur super communicationem quam constat actum exteriorẽ esse et in foro exteriori cognoscibilem | qz ad digne communicandum iure diuino prerequiritur omnium mortalium confessio: et sic preceptum ecclesie non fertur per se super actum illum confessionis sacramentalis sed solum per accidens. ¶ Ad secundum dicitur qd inquisitor fidei non excommunicatur pro actu interiozi: sed pro omissione actus exterioris: que iuridice sicut actus cuius est priuatio | certum est ex se probari potest. ¶ Ad tertium dicitur qd in illo casu non incurrit sententiam excommunicationis cum nihil agat nec committat qd iudicio ecclesiastico subicit: eodem modo sicut nec ille qui in paschate sumeret eucharistiam non preuia sufficienti dispositione non veniret arcendus ab ingressu ecclesie s'm tenorem illius statuti: Omnis vtriusq; sexus. Ad primum argumentum contra vltimum dictum dicitur qd illa capitula intelligenda sunt de pena ab homine inferenda. Sunt enim canones quidam qui non sunt sententie late: sed ferende: qd. s. transgressoribus non infligit eo facto pena: sed declaratur infligenda per iudicem. et horum transgressores non subiunguntur illi pene nisi notorij sint. Et quis glossa ex capitulo erubescant. fundet argumentum pro opinione eorum qui dicunt qd occultum delictum non irrogat irregularitatem: oppositum tamen huius opinionis satis determinatum est ex capitulo Questum. de temporibus ordinandorum. vbi dicitur: Si proposita crimina: puta adulterium | periurium | homicidium | falsum testimonium | ordine iudiciario comprobata | v' alias notoria non fuerint: non debent hi preter reos homicidij post penitentiam in iam susceptis ordinibus impediri. ergo homicide incurrunt irregularitatem: quibus non sint

De auctoritate

notorij. ¶ Ad secundum ex textu euangelico eodem modo dicendum est q̄ processus ille intelligitur de eo qui per iudicem et nominatim feriendus est pena ecclesiastica. ¶ Ista requirerēt maiorem processum: sed quia solum accidentia sunt / et non essentialia principali proposito omitto.

¶ Quintum capitulū de his qui nimis restringunt istam potestatem.



S aliquib⁹ mirum in modū restringitur hec potestas. dicunt enim aliqui eam solum extēdi ex institutione christi ad punienda peccata in rebus pure spiritualibus / puta que propria sunt legi euangelice: vt sunt peccata cōmissa contra articulos et sacramenta: et non ad peccata que sunt contra legem nature / saltem nisi casualiter. ⁊ huius sententie videtur esse Guillelmus Ockā circa finem sui dialogi / etiam in prima parte eiusdē libri libro. vi. capto. viij. vbi dicit: Spiritualia sunt illa que religioni christiane sunt propria: que in nulla alia secta sunt reperta / nec ad legem nature spectantia: sicut que pertinent ad sacramenta ecclesiastica dispensanda / et ad causas fidei determinandas. Eiusdem sententie est Joannes de Bersono lectiōe quarta de vita spirituali anime / vbi dicit q̄ in terris subiectis imediate summo pontifici quātū ad temporalitatē / pro peccatis cōmissis contra legem nature non sunt homines feriendi pena ecclesiastica / sed laica. Videtur mihi tamen saluo meliori iudicio / hanc potestatem ad quecūq; mortalia notoria iuncta contumacia extēdi. Probat̄ur primo ex ca. nouit. de iudicijs. vbi dicit Innocentius tertius scribens prelat̄is per franciam constitutis: Non enim intendimus iudicare de feudo / cuius ad ipsum scilz regem spectat iudicium: sed decernere de peccato / cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura / quam in quēlibet exercere possumus et debemus. Et notum est q̄ ibi loquitur de peccato cōmisso ex detentione rei aliene. ¶ Secundo probatur ex auctoritate xp̄i / Matthei. xvij. vbi sicut infra probabitur / fuit instituta hec potestas ecclesiastica: Si peccauerit in te frater tuus / corripe eum inter te et ipsum solum. si te audierit / lucratus es fratrem tuum ⁊c. In qua auctoritate nulla fit distinctio huius vel illius peccati / sed indifferenter de omni mortali loquitur. et q̄ solum de mortali loquatur / satis notū est per hoc q̄ subditur / si te audierit / lucratus es animā eius. per veniale enim nullus est perditus. ergo pro omni mortali si ad fraternam correctionem non emendetur / est denuncianda ecclesie: et si ecclesiam non audierit / ex cōmuni-

Adus: et per consequens ista potestas ex ordinatione chris-
 ti ad quecumq; peccata mortalia saltem notoria extendi-
 tur. et meo iudicio multum ponderanda est illa auctoritas.
 Tertio arguitur quia Paulus excommunicauit fornicari-
 um publicum. i. ad Corinthios. v. et in eodem caplo di-
 cit: Si quis nominetur inter vos fornicator/ aut auarus/
 aut idolis seruens/ aut maledic⁹/ aut ebriosus/ aut rapax:
 cum huiusmodi nec cibum sumere. Quarto arguitur ex ra-
 tione quam sumit Durandus ad hoc probandum/ et etiam
 ea utitur sanctus Thomas in libro de regimine principum.
 Cuius est considerare finem: eius est et iudicare de his que
 debent ordinari ad finem: quia ratio eorum que ordinan-
 tur ad finem/ sumitur ex fine. debet enim intendens aliam
 quem bonum finem/ eligere ea que sunt congrua fini/ et tol-
 lere ea que finem impediunt: uerbi gratia. medicus consi-
 derat sanitatem corporis: et suum est considerare de his
 que conseruant sanitatem/ et de his que impediunt. sed
 omnes actiones humane debent ordinari ad consequen-
 dam vitam eternam. cuius ergo vel quorum est considera-
 re de salute anime et de spiritualibus/ eorum est iudicare
 de quibuscumq; actionibus per quas deuiant aut deuiare
 possunt a salute sua circa quamcumq; materiam. et istius sen-
 tentie est Carlerius in tractatu quem compilauit contra
 quosdam errantes in materia clauium/ ultimo corollario:
 ubi dicit quod extenditur clavis ecclesiastica ad cogendum
 pure laicum ad soluendum debitum/ vel cedendum bonis.
 Sequitur corollarie et dicitis quod extenditur hec potestas
 ad cogendum eum qui vendidit ultra iustum pretium/ qui
 uis non ultra dimidium iusti pretij/ ut restituat. Quis dubi-
 tat talem venditorem esse obligatum ad restituendum? et sic
 non restituendo peccat in fratrem: et per consequens cum
 eo procedendum est secundum preceptum euangelicum/ si pecca-
 uerit in te frater tuus/ preallegatum. Istud corollarium est
 de mente Panormitani in ca. in ciuitate. de usuris. ubi di-
 cit. potest compelli clericus ad restituendum id quod ha-
 bet ultra iustum pretium in foro contentioso. et statim sub-
 dit. Idem puto de laicis saltem in foro ecclesiastico. et ibi lo-
 quitur de eo qui habet ultra iustum pretium/ sed citra dimi-
 dium iusti pretij: ut satis patet legendo. Et si contra ista di-
 cat aliquis/ sequeretur quolibet peccare qui conueniret pro-
 ximum coram iudice laico de actione in qua consistit pecca-
 tum mortale. Consequentia tenet: quia quilibet talis con-
 trauenit huic precepto/ Si peccauerit in te frater tuus et c.
 Secundo sic. corollarium illatum in fine est contra capi-
 tulum. cum dilecti. de emptione et venditione. in quo uidetur
 dici emptionem minus iusto pretio tenere/ dummodo non sit

De auctoritate

minor dimidio iusti pretij. Ad primū negat seq̄la. dico enī
quālibet partē illi⁹ precepti. Si peccauerit in te frater tu
us (continet enim tria partialia precepta) esse precepti af
firmatiui: ⁊ obligat solū pro tēpore pro quo non potest alie
ter retrahi frater a peccato: ⁊ sic si possit retrahere per cō
uentionem corā iudice laico pure laicum. non obligatur
pro tunc ecclesie denūciare. Propterea ecclesiasticus nō
debet attētare vsū huius potestatis in pure laicum pro
peccato ciuili quādo iudex laicus est paratus exercere su
am potestātē in illum: ne videatur hec potestas introdu
cta esse in grauamen principū laicorum. Sed quādo des
est laicus iudex. aut si non desit. non potest: aut si possit
non vult: ex precepto christi ad potestātē ecclesiasticam
recurrendum est. Ad secundum dicitur q̄ in illo capitulo
non dicitur emptionem citra iustū pretium. sed supra dia
midium iusti pretij esse validam: et non esse cogendū em
ptorem ad supplēdum iustum pretium: sed solum dicitur
emptonē citra dimidium iusti pretij esse rescindendam.
aut emptorem cogendū esse ad supplēdū iustum pretiū.
ex quo non sequitur q̄ si sit supra dimidiū iusti pretij. non
sit cogendus. Notandum est tamen q̄ hac potestate non
est vtendum in aliquam personam nisi tribus istis concur
rentibus: quēadmodum optime deducit Carlerius in tra
ctatu de punitione criminū publicorum ecclesiasticorum
contra bohemos. Primū est iurisdictio. Secundū est con
uictio. Tertium pax salua. et istud tertium satis patet ex
parabola saluatoris Matthei. xiiij. de zizania ⁊ frumento.

¶ Sextum capitulum: in quo ostendit̄ qui
bus immediate sit collata suprema potestas
ecclesiastica a christo.



Consequenter vidēdum est quibus sit imedia
te collata hec potestas ecclesiastica. ⁊ sit prima
propositio. Immediate a christo collata ē pe
tro primo summo pontifici. Probat̄ primo:
qz Matthei. xvi. postq̄ petrus christo sciscitā
ti: Vos autē quē me esse dicitis? respondisset:
Tu es christus filius dei viui. aliquibus interpositis dixit
ei christus: Dabo tibi clauēs regni celorū: et quodcūq̄ li
gaueris sup terrā. erit ligatū ⁊ in celis: ⁊ quodcūq̄ solue
ris super terrā. erit solutum ⁊ in celis. ergo christus cum fi
delis sit. et seipm negare non possit. aliquādo cōtulit cla
ues regni celorum beato petro: inter quas ponitur pote
stas illa coercitiua. ¶ Secūdo patet: qz a christo dictū est
beato petro: pasce oues meas: pasce agnos meos. Joā. vi
timo. super quibus verbis dicit glo. ordi. pascere est credē
tes ne deficiant confortare: terrena subsidia si necesse est

prouidere: exemplum virtutum prebere: aduersariis obistere:
 peccantes corrigere. et istud vltimū notum est quod ad hanc
 coercitiuam potestatem spectat. et in hoc conueniunt satis
 singuli doct. dicentes christū tunc eum fecisse suum gene-
 ralem vicarium: et ad hoc adducunt innumeras auctori-
 tes. ¶ Secunda propositio. Christus hanc potestatem im-
 mediate contulit ecclesie: capiēdo ecclesiam pro collectio-
 ne omnium fidelium: siue pro collectione omnium prelatorum
 maiorum et minorum qui succedunt apostolis et discipulis
 siue pro concilio generali ecclesie representate. probat per
 illud christi Matthei. xvij. preallegatum. Si peccauerit in-
 te frater tuus etc. vbi precipit christus nolentem corrigi ad
 fraternam correctionem denūciari ecclesie: et si ecclesie mo-
 nitioni non obtemperet. excommunicandum. Et dat ecclesie
 auctoritatem excommunicandi. dicens: Quęcūq; ligaueritis
 etc. Et quod de ecclesia prout est plurimum collectio. intelli-
 gatur. patet ex eo quod postquam dixit. Dic ecclesie: et si non audie-
 rit ecclesiam. sit tibi sicut ethnicus et publicanus: statim
 subiunxit pluraliter: Quęcūq; ligaueritis super terram etc.
 ergo non capit ibi ecclesiam pro vnico supposito. sed pro
 pluribus. Et quod non intelligat de ligatione et solutione in
 foro secreto et penitentiali. vt dicit de palude in suo tra-
 ctatu de ista materia. manifeste patet ex precedentibus.
 nam in foro secreto nullus debet peccatum alterius defer-
 re seu reuelare nisi quando esset peccati proprii circumstan-
 tia mutans speciem. et non posset proprium confiteri sine re-
 uelatione alieni. Sed xps iniungit ibi alienum peccatum deferri
 et reuelari: et eum cui est peccatum. ligari aut solui. quod loquitur de
 ligatione et solutione in foro publico et exteriori. Scđo proba-
 tur per illud quod scribitur Actuum. xv. in quo ca. narratur quomodo
 in concilio apostolorum et seniorum proposita fuit questio de
 cessatione legalium. et an conuersi ex gentibus circumciden-
 di essent. Placuit apostolis et senioribus cum omni eccle-
 sia eligere viros ex eis: et mittere antiochiam cum Paul-
 o et Barnaba. Judam qui cognominabatur barsabas. et Sy-
 lam: viros primos in fratribus. scribentes per manus eor-
 rum: Apostoli et seniores fratres etc. et aliquibus interpos-
 itis subiungitur conclusio illius concilij: Visum est spiri-
 tui sancto et nobis nihil imponere vltra vobis oneris quam hec
 necessaria vt abstineatis vos ab imolatis simulachrorum. et
 sanguine suffocato. et fornicatione. Vbi non dicitur Petrum
 hoc imposuisse quis esset presens. sed totum apostolorum et se-
 niorum concilium. ergo penes ecclesiam est potestas statuē-
 di seu precipiendi que ad potestatem iurisdictionis spe-
 ctant. Tertio probatur auctoritate Gregorij que ponitur
 in ea. sicut scđi. Sicut scđi euāgelij quatuor libros. sic quatuor

De auctoritate

suorum concilia suscipere et venerari me fateor: Nicenā: Constantinopolitanā: Ephesinā: et Chalchedonēse. et in fine red-
ditur causa: quia dñi vniuersali sunt cōstituta p̄sensu: se et nō
illa destruit: quisquis presumat absoluere quos ligant: aut
religare quos absoluunt. Non dicitur enī: quia dum petrū
aut summi pontificis consensu cōstituta sunt: nec dicitur
quos summus pontifex ligat: sed quos patres ligant. Ad
hoc est ca. decreuit. lxxxviii. distinc. vbi dicitur: Decreuit
sancta synodus. et non dicitur: Decreuit summus ponti-
fex: ad denotādum quod auctoritas diffinitiuā apud synodū
residet. et ca. nimis. de iureiurando. vbi summus pontifex
auctoritate sacri concilij: et non auctoritate propria precipit
ne clerici personis secularibus prestare iuramētum fi-
delitatis cogantur: a quibus nil temporale obtinēt. Quar-
to ecclesia potest elargiri indulgentias: quod spectat ad
claves fori exterioris: ergo ecclesia habet illas clauēs. pro-
batur antecedens. Dantur indulgentie de thesauro ec-
clesie: et non de thesauro pape. ergo ecclesia a fortiori po-
test eas dare q̄ papa. Item potest concilium representās
ecclesiam condere canones sententie late depositionis et
excoicationis: vt patet de carthaginēsi cōcilio octauo: vt
scribit in ca. placuit. viii. q. i. Placuit vt quicūq; ab impe-
ratore cognitionē iudiciorum publicorū petierit: honore
proprio priuetur. Item potest aliquē destituere: quod est
iurisdictionis: vt patet per ca. ex gestis: de clericis nō re-
sidentibus. vbi dicitur: In synodo Anastasius presbyter
cardinalis tituli beati marcelli ab omnibus canonicē est
depositus eo quod parochiam suam per annos quinque cōtra
statuta deseruit. vbi non dicitur a solo papa depositum esse
se. Hanc materiam latissime tractat Sofredus de monte
electo: abbas sancti honorati insule Lirinensis in tracta-
tu quem edidit tempore concilij basilienensis: discurrendo
per singulos iurisdictionis actus: puta per excommunica-
tiones: indulgētias: dispensationes: canonum editiones:
et sic de alijs que ibidem latissime poteris videre. Ex his
omnibus sequitur corollarie conformiter ad Jo. de Berse-
no: quod per hec verba: Dic ecclesie: data est ecclesie et con-
cilio generali cognoscendi potestas. et per verba sequen-
tia: si non audierit ecclesiam et c. data est cognitione pre-
uia sententiandi potestas: et non obtemperantes senten-
tie: pena mulctādi. et per verba sequentia: Quicūq; liga-
ueritis et c. data est primo ecclesie potestas aliquem ligā-
di excommunicatione: et ab eadem soluēdi. Data est secū-
do potestas aliquem ligādi statuto seu precepto: cui obe-
dire tenetur quilibet pro rationabili causa: et p̄ simili cau-
sa eum soluēdi ab eodem precepto. et ibi fundatur pote-

itas dispensandi. Data est tertio potestas aliquem ligandi ad penam temporalem pro crimine: et ab eadem pro rationabili causa soluendi per indulgentiarum largitionem. Data est quarto potestas aliquem alligandi aiarum cure: quam si sumpserit / iuxta dictum sapientis in Proverbijs: Illaqueatus est verbis oris sui: et captus proprijs sermonibus. et eundem pro rationabili causa ab eadem cura soluendi: vt infra magis declarabitur. Et sequitur iterum quod in ecclesia est potestas legislatiua / contra Thomam de viuo suo. xij. capitulo: et istud deducetur infra magis. De potestate immediate data apostolis / loquendo semper de ista potestate iurisdictionis / pro nunc omitto.

¶ Septimum capitulum / in quo comparatur potestas iurisdictionis data ecclesie / ad Petrum siue summos pontifices eius successores quantum ad maioritatem.



¶ Idendum est consequenter ex quo in ecclesia est potestas iurisdictionis ecclesiastica / similiter et in summo pontifice ex christi collatione immediata: quomodo se habet ecclesia ad summum pontificem quantum ad hanc potestatem: vtrum in proportionem equalitatis / aut in proportionem maioris inequalitatis: vel in proportionem minoris inequalitatis: et est materia huius tractatus principaliter intentata. ¶ Pro qua materia supponendum est quod de ratione maioris potestatis multa sunt. Primum / a minori ad maiorem est appellatio. Secundum / constitutus in maiore potest iudicare constitutum in minore. Tertium / potest usum minoris potestatis limitare: et quasdam constituere leges secundum quas tenebitur minor procedere. Quartum / potest constitutum in minori potestate ea priuare exigente delicto. ¶ Secundo supponendum est quod quando comparo ecclesiam seu concilium ad summum pontificem: indifferenter intelligo de ecclesia seu concilio eam representante / non incluso summo pontifice: vtrumputa quod non est: aut si sit / non potest comparere / quia est detentus apud infideles captiuus: aut si possit / contumaciter non vult sufficienter vocatus. ¶ Istis suppositis pono hanc propositionem contra magistrum Thomam. xvij. ca. sui tractatus. Ecclesia siue concilium generale est in hac parte summo pontifice superior. Et quis ista propositio sit per sacra concilia constantiense et basilienense determinata: ita quod sicut sacrum euangelium foret veneranda: quia tamen illa concilia pro tempore determinationis nullius existimat vigoris / contra eum procedam alia via. Primum ostendendo hanc propositionem non esse fictionem nouam: vt dicit ille doctor: sed antiquam

De auctoritate

doctorum sententiam. Augustinus in epistola ad Blossium eleusium / felicem gramaticum / et ceteros / que est inter epistolas. clxij. commemorat de depositione Cecilianus carthaginensis episcopi ab episcopis africanis iuste facta: qui videntes orbem communicare cum Ceciliano / et non cum eo quem instituerant: necnon a transmarinis ecclesijs (que in ordine ad nos sunt citramarine) ad Cecilianum comunicatorias litteras transmitti: elegerunt (dicit Augustinus) vt fertur / ad duas causas agere causam cum Ceciliano apud transmarinas ecclesias: parati ad vtrunq: vt si eum potuissent quacumq: versutia false criminatiois euincere / satiarent plenissime cupiditatem suam. si autem non possent / in eadem quidem peruersitate durarent: sed iam tamen quasi haberent quod dicerent / malos iudices sese perpeffos. que vox est oim maloz litigatoz / cum fuerint etiam manifestissima veritate superati. Statim subdit ad ppositum: Quasi non eis ad hoc dici posset: et iustissime dici: Ecce putem illos episcopos qui Rome iudicarunt / non bonos iudices fuisse. Restabat adhuc plenarium ecclesie vniuersale concilium: vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari: vt si male iudicasse conuicti essent / eorum sententie soluerentur. Ex quibus verbis manifeste sequuntur duo. Primum / qd non solum a sententia summi pontificis / verum etiam a sententia summi pontificis et concilij particularis ad vniuersale concilium appellari potest. Secundum est qd ab vniuersali concilio sententia summi pontificis cum concilio particulari solui potest. Legat igitur et perlegat / et iterum relegat illam epistolam: et non dicet fictionem esse nouam Joannis de Bersono: sed antiquam Augustini veritatem Secundo probatur. Nam in octauo concilio canone. xxi. qui incipit Dominicum sermonem. cuius pars habetur. xxij. dist. cap. diffinimus. dicitur. Vniuersalis synodus cum conuenienti reuerentia qualibet questionem de Romana sede exortam audire tenetur: et in ea proficere: non tamen audacter sententiam in Romanum pontificem dicere. Ecce qd licet omnem questionem de Romana sede diffinire habeat: id tamen cum reuerentia propter eius primatiam facere debet: et hoc vt notissimum est / ad maiorem spectat potestatem. Tertio arguitur auctoritate Damasi pape que ponitur inter epistolas Ambrosij epistola. lxxix. vbi deputati a concilio capuensis ad cognoscendum de Bonoso episcopo in aliquibus accusato / sententiam sciscitati sunt a Damaso papa ex consilio Ambrosij. Respondet igitur Damasus: Sed cum hmoi fuerit concilij capuensis iudicium: vt finitimi Bonoso episcopo atq: eius accusatoribus iudices tribuerentur: et precipue macedo-

nes / qui cum episcopo thessalonicensi de eius factis cognoscerent: aduertimus q̄ nobis iudicandi forma cōpetere nō posset. Nam si integra esset hodie synodus / recte de his que vestrorum scriptorum comprehendit series / decerneremus. Vestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium / sententiam ferre de omnibus / nec refugiendi aut elabendi vel accusatoribus vel accusato copia dare. Vicem enim synodi recepistis / quos ad examinandum synodus elegit. Ecce q̄ Damasus papa dicit se nō posse de illa causa cognoscere: de qua posset / si synodus adhuc esset integra. i. non commisisset alijs iudicium. Et q̄ illa verba non sint Ambrosij: patet ex sequentibus. subditur enim. Deniq̄ cum Bonosus episcopus post iudicium vestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium / qui eius sententiam consuleret / interdictā sibi ecclesiā irrumpere atq̄ ingredi: responsum est ei q̄ nihil temerandum foret / neq̄ contravestram sententiam tentandum aliquid: vt quod videretur vobis iustitie puenire / statueretis / quibus hanc synodus dederat auctoritatem. Hoc de se non dixisset Ambrosius. Sequitur iterum Ideo primum est vt ij iudicent quibus iudicādi data est facultas. vos enim (vt scripsim⁹) totius synodi vice de his decernitis: nos q̄si ex synodi auctoritate iudicare non conuenit. Ex his manifeste patet Damasum papam non solum confessum fuisse concilium esse eo superius in iudicando: sed ⁊ deputatos per concilium in ea causa in qua deputati sunt. Quarto arguitur. Contulit dominus clauēs petro summo pontifici vt signo et figure ecclesie: ergo per amplius ⁊ magis contulit ecclesie. probatur antecedes per Augustinum super Joannem: ⁊ ponitur. xxiiij. q. i. c. quodcūq̄. Petrus quando clauēs accepit / ecclesiam sanctam significauit. Nec valet dicere (sicut dicit Thomas de vico) q̄ hoc est intelligendū ad istum sensum q̄ non solū persone Petri: sed officio suo in eternū duraturo collate sūt clauēs: ⁊ qz officiū Petri ē officiū capitis: qd̄ hz influere in corp⁹ reliquū: ideo officio capitali data / toti corpori data dicunt⁹ ⁊ sūt. p̄bo enī q̄ nō ad illū sensum dicat Aug. clauēs datas esse ecclesie: qz hoc modo clauēs esse datas ecclesie / esset eas datas esse p̄pter ecclesiā finaliter / ⁊ nō ei datas esse formaliter: qd̄ manifeste est cōtra Augustinū dicentē in eodē caplo: Si hoc t̄sum Petro dictum est (puta: Quodcūq̄ ligaueris. ⁊ c.) nō hoc facit ecclesia. vbi pro inconuenienti infert istud p̄ns q̄ ecclesia nō ligat / ⁊ q̄ non soluit. Item idem Augustin⁹ super Joannē super illo verbo: Tu vocaberis cephā. Mutauit ei nomen / et fecit de Simone Petrum. Petrus autē a petra: petra autē ecclesia. ergo i petri nomine figurata

De auctoritate

est ecclesia/ etiam ad istum sensum/ q̄ Petrus et quilibet eius successor vtitur clauib⁹ vice ecclesie vniuersalis quā significat; sicut rex quilibet vice communitatis exercet iurisdictionis actus/ ita q̄ summus pontifex excommunicat/ confert beneficia similiter et indulgentias: et sic de alijs actibus ecclesiastice potestatis auctoritate totius ecclesie. et istud rationabile est ex eo q̄ suffragia quibus priuatur excommunicatus/ sunt ecclesie/ et non summi pontificis. Hinc prelati dicuntur nomine ecclesie/ et non proprio illa auferre. Erit igitur totius ecclesie aliquem posse illozum participatiōe priuare. Hinc dicit quidam doctor Paulum noluisse excommunicare publicū fornicariū (vt patet. 1. ad Corinthios. v.) nisi corinthijs p̄gregatis. vnde sic dicitur. Ego quidem absens corpore/ presens autē spiritu/ iam iudicauit p̄sens eū qui sic operatus est/ in nomine domini nostri iesu christi: congregatis vobis et meo spiritu cum virtute domini nostri iesu Christi/ tradere huiusmodi hominem sathane in interitum carnis. r̄c. Et ita cōcedendum est. Quemadmodū enī deus condēs humanū genus/ indidit ei naturalem potestatem iurisdictionis ad finē naturalē: et non ab aliquo supposito regulariter/ sed a communitate particularibus suppositus est communicata/ qui sunt communitatis ministri in exercitio illius iurisdictionis: vt patet in primo capitulo: ita christus regenerans ecclesiam ad finem supernaturalem/ et istam potestatem positiuam ad illum finem communicauit: quā posset et etiam teneretur (cum non semper possit esse cōgregata) alicui supposito communicare: qui vt minister ecclesie hanc potestatem exerceret. Et sicut communitatem aliquando deus preuenit/ alicui supposito ciuilem potestatem cōicans/ vt moysi super populum israel: ita et ecclesiam preuenit/ positiuā ecclesiasticā potestatem cōmunicando Petro: vt vice ecclesie eam exerceret/ quam ecclesia ei potuisset communicare/ cum prius esset a christo instituta/ et ecclesie collata: vt infra patebit. ¶ Quinto arguitur. Si esset ita pape collata potestas super totam ecclesiam/ q̄ quis eam exerceret i destructionem ecclesie/ et non in edificationem/ et esset toti ecclesie perniciosus q̄tum ad consecutionem finis/ non posset a tota ecclesia puniri: primo politia ecclesiastica nō esset ita bene ordinata sicut politia ciuilis: qz contra bonam ordinationem politie ciuilis foret non posse membrū auferre cuius conuersatio in eius destructionem cederet. Secundo hoc esset i detrimentum ipsiusmet pape: esset enim miserabilior omnibus hominibus si a malo compesci nō posset. ¶ Sexto. Papa est vniuersalis ecclesie filius. ergo ei subiectus. et

nō patet ex Ambrosio in libro de symbolo: Non habebit
 tibi deum patrem / qui noluit hic habere ecclesiam matrē.
 Lauendum est ergo summo pontifici ne ecclesie deneget
 obedientiam. Stultus enim homo despicit matrem suā:
 et filius stultus mestitia est matris sue. Proverbiorum. x.
 ¶ Septimo arguitur. Si sint duo contendentes de papa-
 tu: ecclesia vniuersalis siue concilium eam representans
 est eorum iudex. ergo in vtrūq; habet iurisdictionē et su-
 perioritatē. consequentia tenet: nullus est enī alterius or-
 dinarius iudex: quin sit in iurisdictione eo superior. et an-
 tecedens manifeste patet ex capitulo. Si duo. lxxix. disti.
 Et istius sententie / scilicet q̄ ecclesia siue concilium gene-
 rale eam representans sit in iurisdictione maior summo
 pontifice / fuit beatus Hieronymus dicens: Si autem au-
 ctoritas quereretur: orbis maior est vrbe. Nec aliquid ha-
 bet apparentie solutio fratris Thome de vio dicētis Hier-
 onimum loqui de maiortate meritorum. nam nō dicit
 Hieronymus: Si merita querantur / sed si auctoritas. et
 sic de maiortate potestatis et non meritorum loquitur.
 Hanc superioritatem recognoscens Nicolaus papa scribit
 Lothario regi: nisi vitet cōuberniū pellicis sue que erat
 excommunicata: adhibitis duobus vel tribus testibus san-
 cte denūciaret ecclesie: et sic fieret sicut ethnicus et pu-
 blicanus. xj. questio. iij. cap. precipue. Et certum est q̄ nō
 dicebat denunciaturum sibi met. Hāc etiam superiorita-
 tem recognouit Symmachus papa: qui cū a quibusdā ac-
 cusaret / auctoritate sua p̄ciliū p̄gregauit: a quo inter ipm
 et accusatores ferret sentētia. xvij. dist. ca. concilia. §. Hinc
 etiam. Ad hāc veritatē corroborandū etiam adduci pos-
 set quod scribitur Actū octauo / q̄ scz apostoli qui erant
 hierosolymis / cum audissent quia recepisset samaria ver-
 bum dei / miserunt ad eos Petrum et Joannē. et per p̄ns illa
 congregatio apostolorum erat Petro maior: iuxta illud
 quod scribitur in Luca septimo capitulo. Nam et ego ho-
 mo sum sub ptāte cōstitutus / habēs sub me milites: et dico
 huic / vade / et vadit. et alio veni / et venit: et suo meo fac hoc:
 et facit. Nec valet solutio Thome de vio dicentis. xj. capis-
 tulo sui tractatus / ex hoc nō sequi aliquo modo inferiori-
 tatem Petri. nam spiritus sanctus missus est a filio: iuxta
 illud Joannis. xvj. Quem ego mittam vobis. et tamen nō
 est subiect⁹. et statim subdit idem frater: Male theologus
 est qui ex missum esse / infert subditum esse. nam ista p̄na ē
 optima: Spiritus sanctus mittit a filio: ergo est a filio / vel
 eo inferior. et sic oportet q̄ fateatur q̄ Petr⁹ sit ab eccle-
 sia. Similiter nec potest rationabiliter dici q̄ Petrus fuit
 missus concilio / et non p̄cepto: cum non fuerit missus

De auctoritate

solus / sed Joannes cum eo. Et tot sunt testimonia de ista superioritate ecclesie et concilij ad summum pontificem: preter determinationes concilioꝝ Constantiensis et Basiliensis: in que blasphemus ore lacessit idem frater: similiter est tanta rationabilitas in lumine naturali / si bene consideret iurisdictionū finis (Nō sunt enī iurisdictiones possessiones particulares) vt nemo sane mētis de ea superioritate dubitaret. Sed inimicus homo q̄ nō cessat in agro dñico p̄ se et suos ministros seminare zizania / cognoscens ecclesiam nō posse in capite et in membris aliter reformari / q̄ per cōcilium: induxit aduatores quosdam (qui plus querunt hominibus q̄ deo placere / et plus que sua sunt q̄ que Jesu christi) in hūc errorem perniciosissimū ecclesie / scilicet q̄ summus pontifex ei non est subiectus. Si enim singula beneficia vendat / aut sacrilegis et perniciosissimis personis distribuatur: aut nitatur ecclesiam omnimodo destruere: non erit via ad resistendū ei: nisi ecclesia sit eo superior. Ex propositione ista probata meo iudicio sufficienter / probanda tamen inferius descendendo ad particulares actus iurisdictionis: infertur primo q̄ falsa est glossa in capitulo Cū ex illo. de translationibus episcopozum. dicens illa que his versibus continentur / ad solū papam pertinere: si excludat cōcilium. Restituit papa solus / deponit et ipse. Diuidit / ac vnit / eximit atq̄ probat. Articulos soluit / synodūq̄ facit generalem. Transfert et mutat: appellat ab illo nullus. Sequitur secundo q̄ papa ex vna parte sumptus non est maioris potestatis q̄ totū residuū ecclesie ex altera parte: nec equalis cū aggregato ex ipso et toto residuo. et ita dicam de concilio vniuersali legitime cōgregato: siue papa sit / siue non. et istud corollarium est de directo cōtra Thomam de vio sexto et septimo capitulis per totū. in sexto enim capitulo ponit q̄ conciliū auctorizatum etiam per papā / non est maioris auctoritatis q̄ papa ipse. Istud corollarium patet primo ex illo q̄ habet glossa in capitulo Legimus. xcij. dist. Statuta cōcilij generalis preiudicant statutis pape / si contradicant. Hinc quibus Leo papa reclamauerit cōtra cōstitutionem calchedonensis concilij / q̄ constantina sedes precederet alexandrinā / preualuit cōstitutio cōcilij reclamationi Leonis per capitulū Antiqua. de priuilegijs. et. xxij. dist. Renouantes. et istud optime deducit Nicolaus de cusa. Hinc etiam fit q̄ consuetudo generalis ecclesie que vnanimi consensu introducit / statutum pontificale abrogat. Secūdo probatur idē corollarium / et q̄rtum ad primā. si summus pontifex habeat iurisdictionem super totū residuum ab ipso cathogoreumatice / ergo poterit in illud totū etiam inuitū alia

quem actū iurisdictionis exercere. consequentia patet: qz potestas iurisdictionis fori exterioris in inuitum exerceri potest. & falsitas consequētis pbatur: non potest illud totum cathogoreumatice excōmunicare aut interdiceret. vt notū est: nec ad aliquid ipso renitente obligare / vt patet per illud Augustini: Leges instituuntur cū promulgantur / firmantur cum moribus vtentium approbantur. dist. iij. capitulo in istis. & in eodē capitulo probatur illud exēplo de edicto Telesphori pape / quo decreuit qd clerici generaliter ieiunarēt a quinquagesima. & non pōt dari aliter actus iurisdictionis quē in totum illud residuū etiam inuitū exercere possit. igitur. Sequitur tertio qd ecclesiastica potestas est prius tempore in ecclesia q̄ fuerit in alia quo summo pōrifice. probat. fuit instituta ecclesiastica potestas Mat. xvij. et ecclesie collata / vt ex antedictis satis haberi potest. et hoc ponit Joannes de gersono consideratione quarta sui tractatus de ecclesiastica potestate. s̄ tūc nullus erat adhuc summus pontifex: nec fuit vsq; post resurrectionē / cum dictū est Petro Joannis ultimo. Pasce oues meas. ergo prius tēpore fuit in ecclesia ecclesiastica potestas q̄ in summo pontifice: sicut supradictū est qd prius in populo fuit potestas ciuilis coercitiua: immo est in eo naturalius q̄ in rege. Et ex isto corollario sequitur aliud: qd quis christus non instituisset Petrum summum pontificē / hoc potuisset facere ecclesia. et istud corollariū est expresse Henrici de hassia / prout reperi in quodam extracto ex opusculis eius. patet istud corollariū: qz cum illa ecclesiastica potestas fuerit prius in sua plenitudine in ecclesia / ecclesia potuisset alicui committere a quo nō potuisset eam auferre / nisi pro causa rationabili: quēadmodum populus ciuilem commisit regi. ergo ecclesia potuisset aliquē instituere summum pontificem. probatur secundo / et apparenter meo iudicio idem corollariū. cum potestas pape electiua fuerit in ecclesia mortuo petro: et non a petro / vt infra probabitur: ergo a christo. sed non potest reperiri quādo fuerit a christo collata ecclesie / nisi Mat. xvij. nam cum dictum est Petro: Pasce oues meas: nihil ecclesie / sed soli Petro collatum est: ergo in ecclesia fuit potestas electiua pape anteq̄ Petrus fuerit papa. Et sic cum maiori apparētia dicetur christum cum fecit Petrum summū pontificē / preuenisse ecclesiā: et id ex gratia Petro contulisse qd ecclesia potuisset ordinare ex christi institutione: q̄ qd preuenit Petrus dādo apostolis ordinis potestatem / iuxta fantasiam fratris Thome de vio in. iij. ca.

¶ Octauum capitulum: in quo ponuntur obiectiones aduersariorum.

De auctoritate

Propositum propositionis probate in prioribus capitulo nituntur veritatis inimici multis rationibus suadere. ¶ Primo papa est caput ecclesie vniuersalis et non solum singulorum membrorum. quod monstratur primo ex auctoritate ipsius Constantiensis concilij ante et post electionem Martini quinti / vbi damnatur propositio illa Joannis huius: Petrus nec est nec fuit caput ecclesie sancte catholice. et in illa altera non est scintilla apparetie / quod oportet esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam / quod semper cum ipsa ecclesia militante conuersetur. Hic expresse damnatur quod Petrus non fuit caput catholice ecclesie. Catholicum enim idem est quod vniuersale: et ad hoc est Hieronymus in libro de ortu et obitu sanctorum in nouo testamento. Petrus inquit in christi ecclesia firmamentum est: cephias corporis christi principatus et caput est. Et hanc rationem deducit de viro in suo. vi. ca. ¶ Secundo / soli Petro dictum est: Pasce oues meas. In hoc christus instituit regimen ecclesie monarchicum. Et si ridiculosa illa responsio detur / quod christus dixit Petro: Pasce oues: non ecclesiam meam: quasi fecerit eum pastorem singularium ouium: non ipsius ecclesie que significat totum conuersens ex omnibus ouibus: manifeste excluditur hoc ex eo quod in oratione dicitur: Deus omnium fidelium pastor et rector / famulum tuum. N. quem pastorem ecclesie tue preesse voluisti. et in concilio Lugdunensi: de electione libro. vi. ca. Ubi periculum. papa rector vniuersalis ecclesie / et gregis dominici director dicitur. vbi patet quod respectu ecclesie et gregis / que collectiones significant: et non solum respectu particularium personarum: pastor / rector et director est papa. Amplius Joannis. x. saluator inquit: Alias oues habeo etc. et subdit: fiet vnum ouile / et vnus pastor. Certum est quod ouile significat vnum continens oues. et ex hac auctoritate arguitur sic. Ecclesia vt vna ex iudeis et gentilibus / est ouile. et Petrus cui dictum est: Pasce oues meas: est pastor illius ouilis. ergo ecclesia vt vna non est supra papam: sed sub eo vt ouile sub pastore. Et confirmatur / quia ecclesia seu concilium distinctum supra papam: aut est oues: aut ouile: aut pastor. Non oues: quia ex vtrisque ouibus ouile vnum constituendum dicit dominus. Non pastor: quia cum petrus sit vnus pastor ecclesie vt monstratum est / et ecclesia esset alius pastor: essent duo pastores / contra dominum dicentem: fiet vnus pastor. ergo ouile. et cum non sit ouile nullius pastoris / est ouile vnum vnus pastoris qui est dominici gregis rector et director. ¶ Tertio arguitur. Non minus papa est episcopus ecclesie catholice quam quilibet episcopus sue ecclesie. sed quilibet

bet episcopus est episcopus singularum personarum / et totius collectionis earum in unam communitatem: ergo et papa. Et confirmatur / quia cum ecclesia sit nomen collectivum et significet collectionem fidelium / ut dicitur de consecratione. dist. i. ca. ecclesia. et episcopus dicatur episcopus ecclesie talis: oportet ut primo sit episcopus ipsius ecclesie / et secundo singularum personarum. ac per hoc papa qui intitularur episcopus ecclesie catholice / et non illorum aut omnium christianorum: est primo episcopus ecclesie catholice / et secundo membrorum eius: et quando dicitur / est episcopus ecclesie catholice / est distributio accommodata / sicut quando dicitur / celum tegit omnia. ¶ Quarto arguitur. Papa habet supremam potestatem in ecclesia dei. ergo non subest ecclesie. antecedens patet ex condemnatione iam dicta in concilio constantiensi per martinum quintum / ubi de papa loquendo dicitur: Habens supremam potestatem in ecclesia dei. consequentia probatur: quia supra supremam auctoritatem in ecclesia dei non potest maior intelligi in eadem ecclesia dei. Immo ex hoc etiam sequitur quod tam ecclesia quam concilium a papa subditur: quia non sunt due suprene potestates in ecclesia dei. Principatum enim pluralitas cum sit mala: ut patet duodecimo metaphysice: a iesu christo summe bono qui vult ecclesiam suam optime disponi / esse non potest. Et confirmatur hoc auctoritate innocentij tertij in concilio generali. ca. cum ex eo. de penitentis et remissionibus: ubi dicitur quod romanus pontifex plenitudinem detinet potestatis. Multa alia capitula ad hoc adduci possunt. ¶ Quinto arguitur. Papa est primus et immediatus vicarius christi et apostolorum: ergo nullam habet in terris potestatem priorē se. antecedens patet in eadem condemnatione articulorum a martino quinto in concilio constantiensi. consequentia patet: quia proximo et immediato nihil est propinquius et immediatius. et ex hoc patet primo quod erroneum est dicere quod ecclesia ut distinguitur contra papam / habet immediatam auctoritatem a christo supra papam. sic enim ecclesia non papa esset immediata vicaria christi. impossibile est enim esse duo subordinata ambo eque proxima et immediata christo. Confirmatur auctoritate thome dicentis in tractatu contra errores grecorum. cap. lxxvj. Christi vicarius suo primatu et prudentia universalē ecclesiam tanquam fidelis minister christo subiectam servat. et oppositum sentire dicit erroneum. Et iste sunt rationes in quibus principaliter predictus frater thomas de via fundat se. ¶ Sexto arguitur multis auctoritatibus. In ca. Si significasti. de electione. dicitur quod concilia generalia recipiunt auctoritatem a papa. ergo non sunt supra papam / cum nemini

De auctoritate

possit papa dare potestatem coercitivam supra se. Potest enim alicui committere ut eum absolvat a peccatis / sed non potest se alicui subscere qui eum liget aut absolvat vinculo excommunicationis: ut dicit thomas in quarto. Item in ca. Ita dominus. xix. dist. Ex quo dominus Jesus christus munus potestatis clauium ita ad omnium apostolorum officium pertinere voluit: ut in beatissimo petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret: ut ab ipso quasi quodam capite dona sua in corpus omne diffunderet. ex qua auctoritate patet quod nec ecclesia nec concilium nec quecumque persona aliquid potest habere de iurisdictione ecclesiastica nisi in quantum sibi a papa conceditur. Item in ca. nemo. ix. q. iij. Nemo iudicabit primam sedem. neque enim ab augusto nec ab omni clero neque a regibus neque a populo iudex iudicabitur. et super illo verbo ab omni clero dicitur quod concilium non potest iudicare papam: ut sequitur in eadem glos. innumere sunt alie auctoritates: sed omnia similis est solutio. ¶ Ad primum negat iohannes patriarcha antiochenus (vir profecto doctissimus / qui interfuit concilio basilienensi / cuius meminit panormitanus in tractatu quem edidit super depositione eugenij) quod papa sit caput totius ecclesie cathogoreumatice: etiam loquendo de capite ministeriali (notum est enim de capite principali) considerato inquit quod esse caput denotat preeminentiam et superioritatem / quam summus pontifex non habet super ecclesiam / cum non sit dominus ecclesie / sed minister. Dicitur enim petro a christo: Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. et non est dictum / edificabo ecclesiam tuam. maior est autem qui recumbit / et minor qui ministrat: iuxta dictum saluatoris. Est ergo minister inferior / et non superior domina. Respectu tamen ecclesiarum particularium est caput ministeriale: quia ratione ministerij petro commisi habet super eas superioritatem. unde pelagius papa in. c. quavis uniuerse. xxi. dist. Quavis uniuerse per orbem catholice et apostolice constitute ecclesie / vnus thalamus christi sit: tamen sancta romana ecclesia catholica et apostolica nullis synodicis constitutis ceteris ecclesijs prelatata est: sed euangelica voce domini et saluatoris nostri primatum obtinuit. In quo non dicit quod ecclesia romana est prelatata uniuersali ecclesie que est christi thalamus: sed ceteris ecclesijs particulariter consideratis ab eadem romana distinctis. Et ad omnes auctoritates sonantes quod sit caput ecclesie: respondet quod fit distributio pro particularibus ecclesijs / et non pro tota. Et conformiter ad eum dicit nicolaus de cusa ultimo ca. sui secundi tractatus libri eius de concordia ecclesiastica: quod constitutus est petrus et summus

pontifex quilibet superior singulorum: sed non omnium. Et
 eodem modo responderetur ad secundum argumentum in
 quo probatur quod sit pastor uniuersalis ecclesie: et negaretur
 consequenter quod oporteat dicere quod sit primo caput et
 pastor alicuius totius congregationis: et secundario perso-
 narum singularum. ¶ Secundo respondetur ad argumen-
 tum: quauis concedatur Petrum aut summum pontificem
 quocumque esse caput totius ecclesie uniuersalis ministeria-
 le: non oportet tamen omnem proprietatem capitis proprie
 dicti reperiri in isto capite similitudinario: et hoc precla-
 re cum ecclesia tota non dicatur corpus petri: sed solum
 christi corpus: ut patet ad Romanos. xij. ubi dicitur: Mul-
 ti unum corpus sumus in christo. Et sic ut dicatur totius
 ecclesie caput: non oportet quod sit toto residuo in auctori-
 te superior: saltem si sit in unum congregatum per se aut
 suos legatos principales partes representantes: sed suffi-
 cit quod in quolibet parziale membrum superioritatem ha-
 beat: et iurisdictionem exercere possit per totum illud corpus
 dispersum: ut regulariter est. Et dicitur ulterius quod dicitur
 pastor totius ecclesie uniuersalis quantum ad administra-
 tionem pabuli spiritualis uerbi dei et sacramentorum. Illa
 enim per concilium non exercetur: sicut actus iudicii:
 sed per singulares personas. Et quod ista duo argumenta non
 debeant mouere: patet. nam quauis rex dicatur caput re-
 gni in ciuilibus: non est tamen concedendum quod sit regno con-
 gregato superior in ciuilibus. Pariformiter de papa in or-
 dine ad ecclesiam dicendum est. Et ista argumenta parua
 motiua sunt ad inferendum quod sit error intolerabilis dice-
 re quod concilium sit supra papam: immo oppositum est error
 totius ecclesie destructiuus: et ecclesie sponse christi per-
 niciosissimus. Nec sequitur: ut infert idem: quod regimen ec-
 clesie sit aristocraticum seu populare: in quo tota auctori-
 tas apud unum residet. nam non dicitur regimen regale
 in quo sit unicus toto residuo superior: quia tunc non esset
 in ciuilibus regimen aliquod regale: sed quia est unicus quoli-
 bet altero superior: qui totius populi uices gerit: cui data
 est potestas exercendi actus iurisdictionis regulariter exi-
 stentis in populo: uice populi: qui regulariter congregari
 non potest: ut ex antedictis constat satis. Et per ista facili-
 le solui potest confirmatio secundi argumenti: quod ecclesia
 distincta contra papam: est ouile et oues christi. nam dictum est
 Petro: Pasce oues meas: et non tuas. Et illi ouili data est
 a christo potestas uniuersaliter membrum accedi ad legem eccle-
 siasticam: que quia regulariter exerceri non potest per totum: com-
 municauit eam christus uni supposito uice totius: relinquens
 ecclesie exemplum quoniam pacto ipsa facere deberet in po-

De auctoritate

steris: et ille dici potest pastor totius residui modo supra dicto. ¶ Ad tertium in quo arguitur de ep̄o particulari: dicitur: quibus concedatur quod ep̄s particularis tota sua diocesi in potestate ecclesiastica sit maior: non potest ex hoc idem inferri de ep̄o vniuersali: et ratio quod ep̄s particularis non solum gerit vires sue dioecesis in ordine ad populum sibi commissum: sed totius ecclesie vniuersalis in ordine ad populum: alias non posset aliquem simpliciter excommunicare: ut bene arguit Scotus in quarto. Secundo dicitur quod ecclesia particularis cui prefigitur diocesanus aliquis: habet superiorem communem sibi et suo diocesano in terris. Propterea bene conceditur papa esse superiorem sua diocesi particulariter sibi commissam distincta contra ipsum. ¶ Ad quartum dicitur primo: quod dicitur: Papa habet summam potestatem in ecclesia. de singulis auctoritatibus hoc sonantibus fit comparatio solum pape ad quodlibet aliud particulare suppositum: puta quemlibet alium patriarcham: primatem: archiepiscopum: et episcopum: non autem ad totam collectionem aut concilium eam immediate representans: cuius est minister: quemadmodum quod dicitur regem habere supremam potestatem in regno suo. ¶ Secundo dicitur quod dicitur ad id quod inferitur quod essent due supreme potestates in ecclesia dei: quemadmodum dicit Carlerius in tractatu quem edidit de auctoritate sacrorum generalium conciliorum. Et qualiter se habent inter se auctoritates eorum et summi pontificis: in secunda propositione dicit quod in ecclesia concilio et papa non sunt diuersae potestates: sed est eadem plenitudo potestatis. non possunt enim esse due plenitudines. et hoc est rationabile. nam ubi unum propter alterum: ibi unum tantum: secundum regulam Aristotelis in topicis. sed propter ecclesiam est potestas summi pontificis: iuxta illud: Attendite vobis et vniuerso gregi in quo posuit vos deus regere ecclesiam. ergo est ibi una potestas: quemadmodum in rege et regno: quibus in ecclesia potestas illa ad aliquem actum extendatur: ad quam non extenditur in papa: puta ad electionem et dispositionem summi pontificis: ut infra patebit: sicut apud sanctum Thomam eadem est potestas sacerdotalis in simplici sacerdote et episcopo: in episcopo tamen ad aliquos actus extenditur: puta ad confirmandum et ordinandum: ad quos non extenditur in simplici sacerdote. Et consequenter glosandi sunt omnes textus dicentes in summo pontifice esse plenitudinem potestatis: quod hoc est verum tanquam in ministro dei et ecclesie in ordine ad singula: non consequenter ad omnia. ¶ Ad quintum dicitur quod potestatem intelligi multipliciter quod papa sit proximus et immediatus vicarius christi: vno modo quod immediate a christo sine quocumque actu humano seu sine consensu subditorum in se vel in gerentibus vires eorum: et sic certum

est nullum fuisse immediatū christi vicarium quo ad potestatem spirituales preter Petrū. alio modo quod sit immediatus vicarius christi dicitur ad exercitium potestatis immediate a christo institute cum inter homines visibiliter conuersaretur et ecclesie collate: et sic concedendum est quodlibet summū pontificē esse immediatū vicariū christi: quē admodū reges singuli iuxta dictum Pauli sunt ministri dei in vindictā malefactorum: non quod illam immediate a deo susceperint primo modo: sed quia ex cōsensu populi hñt exercitium potestatis quā deus indidit populo. Et quia frequenter adducitur analogia hec de populo probatur iterū quod in ipso sit iurisdictio hec civilis. nam in terris immediate subiectis summo pōtifici in quibus nullū recognoscit superiorē quo ad tēporalitatē: p̄tores seu iudices licite causas sanguinis exercēt: et non auctoritate sua nec auctē alicuius principis laici / cum nullus in illum populum iam habeat iurisditionem: nec auctoritate que sit formaliter in summo pontifice (absit enim dicere in summo pontifice esse formaliter potestatem ad occidendū: cui dominus vsum gladii materialis phibuit) ergo auctoritate que est formaliter in populo. ¶ Ad confirmationem de auctoritate Thome parum nobis est cure de ea / cum eius dicta nimis secundum litteram accepta fuerint plerisque doctrine eius zelatoribus occasio errandi in hac materia. ¶ Ad sextū dicitur primo quod omnes auctoritates que regulariter adducuntur sunt ipsorum summorum pontificum: qui vt in pluribus fimbrias suas nimis extendentes / sibi attribuerūt quod est ecclesie proprium. nihilominus ad primam que adducitur ex capitulo Significasti. de electione et electi potestate. dicitur quod illud est intelligendum de auctoritate relata ad hoc quod concilia generalia non possunt regulariter esse legitime cōgregata nisi per vocationem pape. de qua auctoritate habetur. xvij. distinc. per totum. Sed postquam concilia generalia sunt auctoritate pape vel alias congregata: non habent suam auctoritatem a papa: sed immediate a christo. Et illi potestati subijcitur summus pōtifex / sicut minister domine. Ad auctoritatem ex capitulo Ita dominus. xix. distinc. dicitur / licet potestas iurisditionis fuerit beato Petro tradita: fuit tamē ei tradita vt ministro christi et ecclesie per conciliū representate: considerato quod in tali traditiōe Petrus ecclesiam significauit: vt allegatum est ex Augustino: et sic tradita est ei cum onere quod Petrus et eius successores vt ministri ecclesie illi subijcerentur. Ad auctoritatem ex ca. Nemo. dicitur primo a quibusdā hoc esse intelligendum dicitur ad peccata occulta: non solum dicitur ad ea que iuridice pbari nō possunt:

De auctoritate

puta per duos vel tres testes: sed que ecclesiam non scandalizant et perturbant. et hoc videtur satis conforme textui: dicitur enim: Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperate desiderantem. Conformiter ad illud apostoli: Justo non est lex posita. sed secus est quando notorie scandalizat ecclesiam / sicut in glo. in cap. Si papa. xl. distin. Sic etiam practicum fuit in concilio Constantiensi contra Joannem. xliij. et ita respondendum est ad cetera capitula ipsius causa et questione: puta capitulum Altorum: et capitulum facta. peccata subditorum quibus non sint scandalizantia: dummodo iuridice probari possint: regulariter iudicantur. Posset dici secundo hoc esse intelligendum regulariter: cum regulariter ad superiorem summi pontificis recursus haberi non possit. vel dicitur quod ibi / toto clero / non capitur collectivè: sed distributivè. vnde dicatur / ut alij volunt / quod capitur pro collegio cardinalium. Et sic ex his facile patebit solutio omnium fundamentorum illius perniciosissime opinionis que enervat modum omnem quo reformari possit ecclesia / visa malitia iam currente.

Cononum capitulum: in quo inquiritur in quo aut quibus sit primaria potestas electiva summi pontificis.



Wiso de superioritate ecclesie seu concilij est representatis in ordine ad papam: nunc descendendum est ad speciales actus illius potestatis. Et primo inquiritur in quo sit primaria potestas electiva pape. Et ad istud dicit predictus frater Thomas de vi. c. xliij. et c. vi. quod est in summo pontifice. Pro cuius impugnatione supponimus quod hic non inquirimus de primaria potestate electiva simpliciter / seu constitutiva pape / seu applicativa ecclesiastice potestatis ad singularem personam / cum notum sit illam esse in solo deo: sed loquimur de primaria potestate applicativa sub deo: imo et sub christo secundum humanitatem secundum quam etiam est supra totam ecclesiam: imo et supra totum orbem. Et de ista dicitur quod est in ecclesia / et non in summo pontifice. probatur primo. illa primaria potestas est in ecclesia / aut in summo pontifice / cum non dicat aliquis cardinales immediate a christo accepisse illam potestatem. sed non est in summo pontifice: ergo in ecclesia. probatur minor: quia si in solo summo pontifice sit illa potestas electiva successoris / aut ordinandi a quibus et qualiter debeat eligi: sequitur cum summus pontifex sit homo peccabilis sicut ceteri / et pravis actionibus / negligentibus / malitibus ac nequibus valeat irretiri: posset totam ecclesiam christianam relinquere absque potestate eligendi summum pontificem. posset enim privare cardinales illa potestate: cum ab ipso solo habeant: quo facto

vel negligēdo / vel ex malitia differendo / vel tps sufficiēs
 nō habendo / posset mori anteq̄ de electoribus summi pō-
 tificis aliquid ordinaret: et sic tota xpianitas sine potesta-
 te eligendi summū pōtificē remaneret. Hanc rationē tan-
 git Guillelmus Ockam tertia parte sui dialogi tractatus
 p̄mi libro. j. c. xvi. Et si dicatur sicut videt̄ dicere idē fra-
 ter / q̄ in isto casu deuolueretur potestas illa ad ecclesiā:
 sic arguitur: nunq̄ potestas aliqua ex negligētia alicui⁹
 deuoluit̄ in alterū: nisi simpliciter ⁊ absolute sit superior.
 Potestas enī papalis propter eius negligentiā non deuol-
 uit̄ in ep̄m: sed potestas episcopi de prouidēdo beneficio
 vacanti / in eius negligētia deuoluitur ad summū ponti-
 ficē. Amplius si i illo casu habeat ecclesia potestatem illā /
 queritur a quo habet immediate / cum a semetipsa habere
 non possit? Et si dicatur / a christo: difficile erit reperire i
 sacris litteris fundamentum in quo possit stabiliri q̄ in il-
 lo casu habeat / et non regulariter. ¶ Secundo: non est ve-
 risimile q̄ christus voluntati vnius hominis commisisset
 auctoritatē summi pontificis: cum vnius charitas in tr̄s
 refrigescere facile possit / q̄ sanguinē ⁊ carnē loco sui sub-
 rogaret: et forsitan vnum pseudopropheta: et sic facile
 vna progenies diceret: hereditate possideamus sanctus-
 rium dei. ⁊ quilibet cum videret instare finem dierum suo-
 rum / aliquem ex cōsanguineis studeret loco sui subroga-
 re. Et hanc rationem tangit Armachanus. vij. lib. questio-
 num armeniorū. c. xix. ¶ Tertio si primaria potestas con-
 stitutiva pape / et ordinatiua de electoribus / esset in sum-
 mo pontifice: eodem modo primaria potestas destitutiva
 summi pontificis in eo casu i quo destitui posset: vt est ca-
 sus heresis etiā apud aduersariū: esset in summo pōtifice: et
 sic par in parē haberet imperiū: et summus pontifex p̄stituere
 posset q̄ a solis duob⁹ vlt̄ trib⁹ in casu heresis destituere-
 tur summus pontifex. q̄na p̄bat: qz per easdē causas gnari
 habēt ⁊ destrui p̄t̄es iste. ¶ Quarto arguit̄ sic. Si in sū-
 mo pontifice sit potestas electiua successoris / vel ergo est
 in eo potestas electiua successoris / sic q̄ per semetipsum
 possit successorem eligere: vel solum quia aliquibus pōt il-
 lam potestatem communicare. Secundū nihil habet ap-
 parentie. Si dicatur primum: ergo per hoc solum q̄ sum-
 mus pontifex vult alterum ei succedere / et ille alter vult
 acceptare / ille alter efficitur summus pontifex. quod si cō-
 cedatur: sequitur istud inconueniens q̄ esset in potestate
 duorum facere q̄ alternatis vicibus quilibet per annum
 in ordine suo esset summus pōtifer / more anne ⁊ caiphe.
 consequentia patet: quia summus pontifex. a. pro sua vo-
 luntate potest constituere. b. summum pontificem: et in si

De auctoritate

ne anni. b. iterum poterit. a. et sic cōsequenter. ¶ Quinto arguitur. Christus non contulit summo pontifici aliquam potestatem perniciosam ecclesie. sed vt habet glo. in capitulo si petrus. hoc est perniciosum q̄ aliquis eligeret successorem: ergo christus non contulit summo pontifici illā potestatem. Et propterea dicit Guillelmus Ockam loco pre allegato q̄ nulla potestas est concessa summo pontifici q̄ regulariter vni persone perniciose committeretur. et ad istam propositionē videtur fuisse vsus primitiue ecclesie: nam a plebanis assumebantur curati. h. distin. ca. qui in aliquo. et a clericis et plebanis episcopi. lxiij. dist. cap. Nulla ratio. et a cardinalibus episcopis/ alijsq̄ cardinalibus clericis/ et toto clero ac populo acclamante assumebatur summus pontifex. xxiiij. distin. ca. In nomine domini. Sed cōtra hoc arguit aduersarius primo ex facto petri: nam petrus elegit sibi successorem: ergo et quilibet alius summus pontifex hoc facere potest. consequentia tenet: quia quilibet summus pontifex succedit petro i eadem potestate. et antecedens probatur per capi. si petrus. viij. questio. j. vbi dicitur: Si petrus princeps apostolorum adiutores sibi ascium et cletum: non tamen potestatem pontificij aut soluendi aut ligandi normam eis tradidit: sed successori suo Clementi qui sedem apostolicam post eum tenere promeruit: ipso tradente sibi. ¶ Secundo arguit. Ad romanum pontificē spectat ordinare actum electiue potestatis/ determinādo qñ et q̄liter debet fieri electio: et determinando subiectum illius potestatis/ dum cōstituit q̄ ad duas partes cardinaliū ad min⁹ spectet electio: nec potest tota ecclesia summo pontifice secluso illam legem mutare. ¶ Ad primum istorū dicitur primo fm armachanū loco pre allegato/ q̄ petrus nō ordinavit Clementem: sed ordinādū nominavit/ patefaciēs fratrib⁹ quid de suo successore sentiret. nā matthiā quibus spiritus sancto plen⁹ noluit sine fratrum cōsensu loco iude subrogare. etiam credendū est q̄ nec hoc fecerit de clemente nisi ad hoc dñi sensum accepisset. Propter hoc posset dici secundo q̄ in instinctu spiritus sancti hoc fecit: quo etiā suā p̄uidit mortē. Aliter dicit Guillelmus Ockam q̄ in casu in quo nō est verisimile posse congregari subditos qui eligant sibi superiores/ et instat mors pape: et necessitas est q̄ sit aliquis cito futurus ad occurrendū imminenti periculo: tunc posset summus pontifex rōne necessitatis instituire successorem/ ne videatur deus non sufficienter p̄uidisse sue ecclesie. et eiusdem sentētie est Archidiaconus in dicto. c. et ad hoc allegat capitulū primū. xxiiij. q. j. vbi dicit q̄ propter necessitatem factum est q̄ frater duceret sororē: sed cessate

necessitate cessat prouisio. ¶ Ad secundū dicitur q̄ papa non dedit potestatem cardinalibus eligēdi successorem: sed hoc habent ab ecclesia seu a concilio eā representāte. et hoc patet in sexta synodo. in cap. In nomine domini. vbi Nicolaus papa decernit et statuit nō auctoritate propria sed sanctorum patrū de modo electionis summorum pontificū. Ex dictis patet q̄ si cardinales oēs essent mortui aut nolent eligere: aut non possent: ad vniuersitatē fideiū spectaret eligere/ aut electores instituere. et eius est solius iudicare an institutio facta p̄ cardinales sit sufficiens/ an non. Secundo sequitur q̄ vbi cardinales manifeste sibi tradita potestate abuterentur/ hec vniuersitas eos p̄uare posset hac ptāte: necnō eam alijs cōmittere. et meo iudicio opposita opinio ē error periculosissim⁹.

¶ Decimū capitulum: in quo inquiritur ad quem vel quos spectet vltimata eorum que sunt fidei resolutio.



Investigandum est an ad papam vel ecclesiam seu cōcilium eam representans vltimata eorum que sunt de fide decisio ac determinatio spectet. hic enim nō loquimur de decisione seu determinatione doctrinali/ que ad vnūquēq̄ virū peritū spectare dinoscitur: sed de auctoritativa et iudiciali. Et q̄rtum ad istud dicit predictus frater Thomas de vico q̄ ad summū pontificē vltimata eorum que sunt fidei decisio spectat: fundās se ī dicto sc̄ti Thomae secunda secunde questione prima articulo vltimo: et vltra dicit summū pontificē quous possit errare errore personali in credendo: non posse tñ errare errore iudiciali in fide. cuius ratio est: qz error pape esset error totius ecclesie: qz ad ipsum spectat finaliter determinare de fide qd tenendū: quid repellendū: vt ab omnibus inconcussa fide teneatur: vt dicit sanctus Thomas in tractatu contra errores grecorum: capitulo. lxxvij. vnde et Petro dixit xp̄s: Ego rogavi pro te vt non deficiat fides tua. et tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. iuxta quod etiā. xxiiij. q. j. dicit Innocentius papa. c. quotiens. Quotiens ratio fidei ventilatur/ non nisi ad Petrum. i. sui nominis honorem ⁊ auctoritatem habentē recurrendū est. et istam opinionē suam deducit nono et vndecimo capitulis. Contra quā sit ista propositio. Papa potest errare errore iudiciali. de errore personali omnibus notū est. probatur ista propositio. Duo summi pontifices determinauerunt p̄traria etiā in his que fidem tangunt: ergo alter eorum errauit errore iudiciali. añs patet de Joāne xxij. et Nicolao: quorum vnus determinauit iudicialiter christū et apostolos nihil habuisse in communi nec ī proprio. Alter oppositū!

De auctoritate

vt videre est in eorum extrauagantibus. Secundo Innocentius tertius et Celestinus determinauerunt contraria super ista propositione: Uno coniugū ad heresim transeūte/ alter qui remanet in fide/ potest ad secunda vota trāsire. Determinatio innocētij tertij q̄ nō potest/ ponitur in. c. Quāto. de diuortijs. Determinatio celestini/ vt dicit glossa in eodem. c. olim ponebatur in decretalibus de conuersione cōiugatorum. in fine. Tertio aliqui statuerunt contra euangelium: vt pelagius qui fecit constitutionem q̄ oēs subdiaconi sicilie a suis vxoribus abstinerent quas in minorib⁹ ordinibus duxerāt/ aut ab officio cessarent. Quā quia erat iniqua et contra euangeliū/ retractauit Gregorius primus eius successor: vt patet tricesimā prima dist. ca. Ante triēniū. in textu et in glo. Si em̄ potuerit iudicialiter statuere contra euangeliū/ ita et diffinire. ¶ Quarto arguit. si summus pontifex non possit errare iudicialiter in his que sunt fidei/ sequit̄ summū pōtificem non posse fieri hereticū circa p̄positiones nōdū determinatas/ et ad quas credēdas non tenetur aliquis explicitē: vt erat articulus de cōceptione aī determinationē/ et de processione spiritus sancti a filio. p̄na ptz: qz nō pōt esse pertinax/ cū p̄tinacia nihil aliud sit nisi nolle credere q̄uis determinetur. non enim haberet summ⁹ pōtifex p̄positū illud q̄ nollet credere q̄uis ipse determinaret. Similiter sequit̄ ex positione q̄ determinatio solū summī pōtificis ligaret suū successorē. similiter si summ⁹ pōtifex sit hereticus: et ad ipsum solū spectet vltima eorū que sunt de fide decisio: quō iudicari poterit esse hereticus? Decidet enī quecunq̄ contra ipsum allegata/ esse ad aliquem sensum intelligenda sue assertioni non oppositū: cui⁹ decisioni apud aduersarium plus fidei tribuendū est q̄ totius residui ecclesie determinationi. Mirum est enim q̄ homini heretico ita assisteret spiritus sanctus q̄ non sineret eū iudicare et decidere esse vera quibus assentit: immo ad iudicandū oppositum cōpelleret. Nec valet dicere q̄ non potest errare vtēs consilio/ et requirens adiutorū vniuersalis ecclesie: sed bene vt singularis persona: quēadmodum errauit Leo cōtra quē iuit hilarius/ sicut dicit quidā: qz hoc nil est aliud dicere: nisi q̄ ecclesia siue cōcilij non pōt errare. et non solum erat predictus frater/ sed sibi met contradicit: dicit enim in fine capituli quarti q̄ sententia Joannis preualuisset sententie Clementis pape in doctrina fidei. si enim in sententiando non potuit errare Clemens/ nec summus pōtifex quicūq̄: iuxta promissum christi Joā. xiii. Spiritus sanct⁹ docebit vos omnē veritatem. et p̄m orationē christi qua orauit pro petro ne eius fides deficeret: tantum standum

fuisse sententia Clementis contra Joannis: imo et plus / cum apud Clementem fuisset iuxta dicta eius fidei ultima decisio fidei / quemadmodum apud Petrum si adhuc supervivisset. Ex his satis patet quod summus pontifex potest errare sententiando in materia fidei. Si enim errare non potuisset / frustra fuissent convocata quattuor concilia generalia principalia contra quattuor hereticos / puta Nicenum / Constantinopolitanum / ephesum / et calchedonense. suffecisset enim solus papa decisio: imo apud adversarium tante potestatis est solus papa in definiendo / sicut aggregatum ex ipso et residuo. Alia sunt decisio per summos pontifices que adducit guillermus Ockam in .i. questione de potestate summi pontificis / que nititur ostendere sapere heresim. Primum est id quod habetur extra qui filii sunt legitimi. c. pervenerabile. ubi dicitur. Cum deuteronomium lex secunda interpretetur: ex vi vocabuli comprobatur ut quod ibi decernitur / in nouo testamento debeat observari. etc. Quibus verbis si intelligat innocentius tertius quod sunt observanda in sensu litterali / quemadmodum in veteri testamento: quo ad multa est erroneum: quia ibi sunt multa ceremonialia: sicut patet capitulis. xiiij. et. xiiij. si autem intelligat quod sunt observanda secundum sensum mysticum et moralem: sic non solum servari debent illa que sunt in deuteronomio: sed etiam que in alijs libris moysi decernuntur: ut legitur distin. vi. c. His itaque. Multa alia adducit doctor ille / ut videre poteris undecimo capitulo questionis preallegate: et unum inter cetera precipuum est. reperitur nonnulli summi pontifices definiisse se in temporalibus supremam habere potestatem: ceteri vero oppositum. Et ex his sequitur corollarie quod determinatis per summos pontifices non est necessario credendum / quavis non sit oppositum publice dogmatizandum / nisi de falsitate constet: ut dicit Joannes de Bersono. Sequitur secundo quod ultima resolutio in his que fidei sunt / non spectat ad summum pontificem. non est enim verisimile quod homini potenti in his que fidei sunt errare / ultimam commiserit deus decisionem. Sequitur tertio quod non pro persona petri sola aut successoribus oravit Christus ne deficeret fides eius: sed pro universali ecclesia per Petrum representata. Cum omnibus predictis bene stat quod si summus pontifex faceret quod in se est ad recte determinandum: non permetteret deus eum errare: immo hoc dicit Altissiodorensis de vetula / quod nunquam permetteret deus eam errare errore personali si faciat quod in se est in his que sunt fidei. sed summus pontifex potest sententiarum aliquid esse de fide: et non facere quod in se est ad recte sententiandum. Et argumentum quo infert ad summum pontificem errare definiendo ecclesiam

De auctoritate

vniversalem errare: consequentia non valet. non enim tenetur tunc ecclesia determinationi summi pontificis assentire: sicut nec tenetur cum summus pontifex aliquid precipit contra euangelium / obtemperare. et ad auctoritatem sancti Thome non est magna vis facienda. et ad capitulum Maiores. de baptismo et eius effectu: in quo dicitur maiores ecclesie causas / presertim articulos fidei contingentes / ad petri sedem referendas esse intelligit rē. Diacono hoc verum esse regulariter: quia regulariter non est ecclesia congregata: sed non pro vltima et necessario credenda determinatione habenda. vel sunt referende summo pontifici vt conuocet concilium / quia eius est ordinarie conuocare: ad quod vltimum iudicium spectat. ¶ Secunda propositio. Conciliū vniversale in his que fidei sunt: errare non potest: et sic ad ipsum vltima fidei decisio spectat. Quod non possit in his que fidei sunt errare / patet: quia specialiter dirigitur a spiritu sancto: qui iuxta promissum christi / omnē veritatem docet. vnde et in conclusione concilij apostolorum: Actuum. xv. dixerūt apostoli: Visum est spiritui sancto et nobis. preponētes spiritū sanctū tanquā presidentē et specialē directorē concilij: et nō dixerūt. Visum est petro et nobis. et istam conclusionē satis innuisse videt Augustinus cū inquit. Euāgelio non credere nisi ad hoc me cogeret ecclesie auctoritas. Non enim plus tenerer credere euāgelio Joānis quā euāgelio gamalielis: nisi quia illū recepit ecclesia / et nō istū. vñ et in septima synodo / vt p. xvj. dist. c. placuit. dicitur. Placuit huic sancte synodo / vt ammodo confirmata et rata sint canonum apostolorum octuagintaquingenta capitula. Quid autem intelligat per capitula / videatur disputatio glosse. Et hanc indeuiazibilitatem a fide possumus deducere ex dicto christi: cum dixit apostolis / Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. non enim intelligi potest illud de apostolis in personis eorum: cum non erant vsque ad consummationem seculi victuri: sed in eorum successoribus: nec hoc alicui certo ex successoribus promittit christus: sed collectioni. Concilium enim generale vere representat concilium apostolorum et seniorum. Ista conclusio iterum patet ex alio. Nam fatetur quilibet christianus se credere in vnam sanctam ecclesiam catholicam. et sic ad eam eorum que sunt fidei vltima decisio spectabit. Cum enim papa fateatur se credere in vnam sanctam ecclesiam: nō intelligit quod credat in semetipsum. Et tanta creditur assistentia spiritus sancti concilio generali: vt nō solum ipsum indeuiazibilitate sentiet de fide: sed etiam aliquę persone assistentes concilio ingenue confesse sunt et scripserunt concilium superi?

esse ad summum pontificem: dissolutovero concilio: q: nō
 amplius eis assistebat spirit⁹ veritatis: in oppositū cecide
 runt errorem: vt patet de Panormitano in duobus eius
 tractatibus: quorum vnum composuit in concilio basilien
 si: alterum post concilium. primus intitulat⁹ de potestate
 concilij et pape: secūdus de depositione eugenij. Sed cō
 tra istud arguit Panormitan⁹ in. c. significasti. de electio
 ne et electi potestate: vbi asserit q̄ est vnica ecclesia vni
 uersalis: que errare nō potest: et non cōcilium. et eius ar
 gumentū sumit predictus frater Thomas: et argumentū
 est istud: errauit concilium meldense: ⁊ creditur simplici
 auctoritati Hieronymi contra illud cōcilium. Nam in cō
 cilio meldensi (vt legitur in. c. placuit. xxxvj. q. ij) placuit
 vt hi qui rapiunt feminas: aut furātur aut seducunt eas:
 nullatenus habeant vxores: q̄uis postmodum conueniāt:
 aut eas dotauerint: vel nuptialiter cum consensu paren
 tum suorum acceperint. Et hūsdem causa ⁊ questione. ca.
 tria. dicit Hieronym⁹: Tria legitima iugia in scripturis
 leguntur. sequitur paulopost: Secundum: virgo in ciuita
 te deprehensa a viro: et illi per vim copulata: si voluerit
 pater eius: dotabit eam iste vir q̄tum iudicauerit pater:
 et dabit precium pudicitie eius. Et dicit Gratianus q̄ au
 ctoritas cōcilij nō preiudicat auctoritati Hieronymi: ma
 xime cū ipsa testimonio diuine legis nitatur. ¶ Secundo
 arguitur. Unica est ecclesia pro cui⁹ fide rogauit christus
 ne deficeret: que non est vniuersale concilium: cum con
 cilium sit pars eius. ergo concilium errare potest. ¶ Ad
 primum istorum dicitur primo q̄ raptor post raptum non
 potest licite ducere in vxorem raptam q̄uis eam dotaue
 rit: ⁊ consenserint parentes: nisi prius condigne subiace
 at penitētie. hoc satis bene deducit martinus in libro de
 temperantia questione de raptu: cum talis sit excommu
 nicatus: ⁊ excommunicatus nullum potest licite suscipe
 re sacramentum. Dicitur secundo q̄ cōcilium: cum in ip
 so sit plenitudo potestatis iurisdictionis ecclesiastice: po
 tuit talē raptorem simpliciter illegitimare cū rapta an
 te condignam penitentiam. Et martinus videtur esse opi
 nionis q̄ ita fecerit conformiter ad capitulum si autem.
 causa ⁊ questione preallegatis: vbi dicitur: Si autem nec
 dum eas quas rapuerant: cum voluntate parentum sub
 desponsationis vel dotalitij nomine in coniugiū duxerūt:
 quando hec cōstitutio omnibus fuerit promulgata: ab eo
 rum coniunctione separentur: et publice penitentie subi
 gātur. Et vt dicit martinus: hoc de raptorib⁹ est intelligē
 dum: vt statim patet in eodem textu: Peracta publica pe
 nitentia: raptores possunt matrimonialiter coniungi. Et

De auctoritate

sic videtur concilium eos illegitimasse vsq; ad peractā publicam penitētiā. Hieronymus autem loquitur pro tempore ante concilium pro quo nondum erant illegitimata. Scio autem alios dicere esse verum matrimonium si contrahant ante publicam penitentiam. Sed hic modus mihi probabilior videtur. Et ad auctoritatem Gratiani dicentis auctoritatem concilij non preiudicare auctoritati Hieronymi dico illud dictum cum paleis annumerandum esse. ¶ Ad secundum qd concilium generale representat ecclesiam: pro cuius fide orauit christus: et eodem gaudet priuilegio quo ecclesia representata: sicut omnino eandē potestatem habet: immo ecclesia vt dispersa nullum actū iurisdictionis exercere potest: nec aliquid sententialiter diffinire. et sic infallibilitas in diffiniendo ei cōpetere debet vt congregata in concilio. Et si dicat qd papa representat ecclesiam: sicut et concilium: vt supra frequenter dictum est qd ei date sunt clauēs vt signo ecclesie: Ad hoc dicit Nicolaus de cusa qd papa representat remote: concilium autem p̄p̄inquissime: cum in eo si sit vniuersale: debeat de qualibet ecclesia particulari aliquis esse qui gerat vices eius: vel saltem debeat esse sufficienter vocatus. Et priuilegium ecclesie transit in concilium immediate eam representans: non autem in summum pontificem. Et hanc materiam late p̄sequitur: scilicet de infallibilitate concilij in his que sunt fidei: guillermus ockam prima et tertia partibus sui dialogi Et istius sententie fuit marsilius de padua: nicolaus de cusa: et pleriq; doctores qui doctissime scripserunt. De errore autem facti: qd quidē factum ex sacris litteris trahi non potest: cōciliū posse errare: nemo est qui dubitet: nec illustratur a spiritu sancto speciali illa assistentia nisi in necessarijs. Et ex hoc sequitur non oportere quamlibet sententiam diffinitiuam concilij esse veram. Aliqua enim eius sententia in facto consistit: puta qd iste sit papa: vel non sit papa: ista vxor illius: vel non vxor illius. Et quamuis sententia sit falsa: recte tamen et iuste sententiat: quia secundum allegata et probata. Ex his manifeste sequitur papam non solum errore personali: sed et errore iudiciali errare posse in materia fidei: sicut et in alijs materijs. Et mirum est qd aduersarij non asserunt eum impeccabilem: et credo assererent nisi quotidiana summorum pontificum opera ad credendum oppositum compellerent.

¶ Undecimum capitulum: in quo inquiritur de superioritate cōcilij respectu summi pontificis.



Cum ex supradictis constet ecclesiam & concilium esse in iurisdictione maiorem summo pontifice simpliciter / et in potestate applicatiua papat⁹ ad certam personam / & in potestate diffinitiva eorum que sunt fidei: et cum vnus actus superioris iurisdictionis sit constitutum in inferiori deponere ab ea potestate in qua est inferior: inquirendum est consequenter an concilium possit deponere summum pontificem. Et primo vtrum in casu heresis. Circa quam materiam sentit predictus frater Tho. de vio plura. Primum est. Summus pontifex factus hereticus non est ipso facto depositus: vt pz. xix. ca. li. sui. et fundamentum eius est / qz non est ipso facto depositus iure diuino. nullum est enim diuinum sententie late excommunicationis aut depositionis / quibus bene sententie ferende excommunicationis: vt satis bene deducit guillermus ockam circa finem prime partis sui dialogi de excommunicatione. Et apud eundem fratrem ista consequentia est bona: non est ipso facto excommunicatus: ergo non est ipso facto depositus: qz plus exigitur ad incurrendam priuationem ipso facto / quam ad incurrendam excommunicationem: quoniam incursum censurarum non requirit declarationem / sicut incursum priuationis / apud iuristas. Et resolutorie tenet quod nulla iurisdictione perdit ipso facto per heresim interiore. Et in hoc concordat cum Joane de gersono: & in hoc eiusdem sententie sum cum ipso: et preter auctoritates et rationes quas inducit ad hoc probandum / aliquas adducam ad probandum quod non requiratur fides infusa ex iure diuino vt homo sit capax iurisdictionis ecclesiastice. Nam homo cum baptizatur / ponens obicem gratie per peccatum mortale / non infidelitatis / sed aliud: nullam recipit a deo virtutem infusam: vt satis haberi potest ex his que dicunt doctores de connexionem istarum virtutum theologarum quantum ad infusionem: & presertim ex scoto circa finem tertij. Similiter si aliquis hereticus desinat esse hereticus dissentiendo heresi / sed non penitendo de peccato preterito (dissensus enim propositionis hereticæ non necessario infert contritionem peccati preteriti in illo) non infunditur fides infusa: quia quem deus sanat / perfecte sanat. et tamen nullus istos diceret non esse capaces iurisdictionis ecclesiastice si eligantur: cum nullus sit hereticus. Secundo idem motiuum adduci potest / quo moti sunt sancti patres ad damnandum heresim eorum qui dicebant hanc potestatem fundari in charitate ex iure diuino: quia tunc periret omnis certitudo status et ordinis hierarchici. Nemo enim de altero scire potest an sit in charitate. ita nec sciri potest vtrum sit in fide / seu quod non sit hereticus: he

De auctoritate

ress interiori. Et bene fateor hanc rationem non esse efficacem ad probandum euidenter propositum. Certum est enim quod de nullo certitudinaliter certitudine euidentie sciri potest quod habeat hanc potestatem / sicut nec quod sit baptizatus: cum ad baptismum requiratur intentio ministri: de qua solus ipse inter homines mortales habet euidentiam. Secundo dicit quod hereticus summus pontifex est deponendus. et hoc manifeste patet ex capitulo si papa. xl. distin. et. xxiiij. quest. j. per multa capitula. et singuli doctores in hoc conueniunt / vel quod sit depositus / vel deponendus. Tertio dicit quod est deponendus a concilio / non potestate auctoritativa quam habeat super papam / sed potestate ministeriali quam habet super papam: ut patet. xx. capitulo. et. xxij. capitulo ponit quod potestas ecclesie relata ad papam / est ministerialis: relata ad coniunctionem petri et papatus / in fieri vel dissolui subiecto existente disposito / est auctoritativa: ita quod sententia diffinitiva ex hac auctoritate procedens super coniunctionem talis materie petri heretici cum papatu / dissoluit auctoritative coniunctionem illam: sicut electio ecclesie auctoritative super coniunctionem / non super papam / coniungit petrum dispositum / id est fidelem et voluntarium cum papatu. Ad cuius euidentiam notat quod in papa inueniuntur tria / scilicet papatus / persona que est papa / puta petrus: et coniunctio vtriusque / scilicet papatus in petro. Ex qua coniunctione resultat petrus papa. Papatus est a deo immediate: petrus est a patre suo: coniunctio autem papatus in petro post petrum primum a christo immediate institutum non est a deo / sed ab homine: ut patet: quia hoc fit per electionem hominum. Concurrit autem duplex consensus humanus ad causandum hanc potestatem / scilicet eligentium / et electi. Et ista ad longum poteris videre in ipso. xix. xxj. et. xxij. capitulis: que non solum falsa sunt: sed manifeste adinuicem et cum aliquibus prioribus repugnant. ¶ Primo illud quod dicit in ecclesia esse auctoritativam potestatem super coniunctionem papatus et petri / repugnat dictis eius in. xiiij. et. vj. capitulis prius impugnatibus: scilicet quod potestas electiva pape seu applicativa potestatis ecclesiastice ad hanc vel illam personam / est in solo papa. ¶ Secundo / ista duo repugnant / quod sit auctoritativa potestas in ecclesia super coniunctionem papatus et petri / similiter eius dissolutionem: et non super papam: quod manifeste ostenditur exemplo quo utitur / retorquendo illud in ipsum. habere enim auctoritativam potestatem super hominem / non est habere auctoritativam potestatem super animam nec super corpus / sed solum super separationem anime a corpore / cum nihil aliud agat auctoritative

occidens hominem. Quid igitur aliud erit habere auctoritativam potestatem super papam / nisi posse papam ab ipso auctoritative separare? ¶ Tertio / si ecclesia aut concilium eam representans / super papam non habeat auctoritativam potestatem: ergo papa a concilio illo citatus non tenebitur comparere: nec contumax non comparando existimari poterit. Quid ergo? iudicabunt personam inauditam / nec obligatam respondere? Merito eis dici posset illud apostoli: Tu quis es qui alienum servum iudicas? ¶ Quarto / omnis actus punitivus iuste inflicto alicui persone ratione peccati / est ab eo qui habet auctoritativam potestatem super eum qui punitur / vel a commisso ab habente. ergo cum ista separatio sit actus punitivus papae / est ab habente auctoritativam potestatem super papam / vel a commisso ab habente. Si tu dicas quod est ab ecclesia commissa a deo habente auctoritativam potestatem super papam: eodem modo dicam potestatem papae super quencumque esse ministerialem solum / et non auctoritativam. ¶ Quinto / ecclesia potest tunc excommunicare papam hereticum antequam deponat: ut patet ex primo dicto eius. Dicit enim hanc consequentiam esse bonam: non est excommunicatus ipso facto: ergo non est depositus. Ista igitur erit bona: non potest excommunicare: ergo non potest deponere. et ista potest deponere / ergo potest excommunicare. Et certum est quod excommunicatio est actus habentis auctoritativam potestatem super excommunicatum. Et si concedat illud concilium posse excommunicare papam: quomodo salvabitur quod in concilio secluso papa nulla sit potestas iurisdictionis? Amplius dicit papam posse aliquibus puta dominis cardinalibus committere illam ministerialem potestatem super papam hereticum. Cum quo defensare non posset quin par in parem haberet imperium: et sic esset verum quod dicit glossa. xxiiij. questione. j. capit. achacius. hic est casus in quo papa papam ligare potest. Posset enim lapsus in heresim papa ab eis auferre illam ministerialem potestatem: ut puto / speciali dei concursu tam manifeste adinvicem repugnantia posuit / ut sue doctrine falsitas ex eis manifeste omnibus pateret. hoc est enim proprium falsorum testium (dicit Augustinus super psalmo. Noli emulari) quod ex dictis eorum aut signis aliquibus semper convinci possunt. quod probat ex facto militum qui erant custodie sepulchri christi isti deputati. Dixerunt enim / Nobis dormientibus venerunt discipuli etc. Si enim dormiebant / quomodo sciuerunt eos venisse? Sunt igitur iste propositiones vere. Prima. Papa hereticus heresi interiori solum / non est depositus ipso

De auctoritate

facto: et hereticus heresi exteriori / non est depositus ipso facto iure diuino. An autem sit depositus ipso facto iure humano / non papali / sed conciliorum: (possunt enim statuta condere sententie late depositionis / sicut dicit de fontibus / qui post adeptum beneficium infra annum non promouetur / ipso facto perdit titulum) non est omnino improbabile dicere quod sic: oppositum tamen mihi probabilius est. Secunda propositio. Est deponendus a concilio habente auctoritatiuam potestatem super ipsum / et non solum super conuentionem: a quo uocatus tenetur comparere / nec non ad interrogata respondere. Et hanc potestatem auctoritatiuam papa nulli potest committere: cum par in parem nullam habeat potestatem. Concedendum est tamen bene cum eo quod concilium nullam habet potestatem super papatum in se consideratum. et hoc ponit gerson in suo tractatu de ecclesiastica potestate. et de isto habitum est satis in. ij. capitu.

¶ Duodecimum capitulum / in quo inquiritur utrum in alijs casibus preterquam in heresi deponi possit summus pontifex.



Videndum est consequenter an possit summus pontifex puniri depositione propter aliud crimen ab heresi. Circa quam materiam predictus frater Thomas a. xv. ca. inclusive ad finem usque tenet quod non. unde fundamentum eius in. xv. ca. est quod non potest in aliquo casu deponi nisi in casu determinato lege diuina. Casus autem heresis in sacra scriptura plerisque locis est determinatus: ut patet ad Galathas. j. ubi de heretico dicitur: Anathema sit. i. separatum. et. ij. ad Thessal. iij. Subtrahatis vos. et. ij. ad Corinthios. vi. Nolite iugum ducere. et. ij. Joannis. ij. Nolite recipere / nec ei aue dixeritis. Et ad Titum. iij. Deuista. in quibus omnibus auctoritatibus significatur hereticum cum hominem esse separandum et excommunicandum. et nullus est alius casus exceptus: quod patet ex sententia saluatoris Matthei. xxij. Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint / facite: sed non autem opera eorum nolite facere. ubi dominus aperte statuit subditos debere audire prelatos male vite / et bone doctrine. Constat autem quod doctrina ad fidem spectat: vita autem et opera ad malos mores aliorum criminum. Et confirmatur ex sententia Petri in. j. epistola. c. ij. Obedite prepositis vestris: non tamen bonis / sed etiam dyscolis. Et pro ampliori probatione supponit in. xxvj. c. quod ad hoc quod potestas ista ecclesiastica coniungatur cum aliquo supposito / aliquae dispositiones requiruntur in illo supposito de necessitate simpliciter: et aliquae de be

ne esse. Requisite de necessitate simpliciter sunt due: scz
 esse voluntarium/ et esse christianum. nunq̄ enim aliquis
 quātūcūq̄ electus est papa nisi cōsentiat: ⁊ similiter nō
 est papa nisi sit membrū christi. Secūda dispositio exigit̄
 de iure diuino: ⁊ prima de iure nature. Requisite aut̄ dis-
 positioēs ad bñ eē sunt boni mores/ sciētia ecclesiastica/
 charitas/ experiētia regiminis: ⁊ huiusmodi. sine his em̄
 Petrus electus si acceptat/ est papa: quibus malus. Et quia
 facilius est destruere q̄ construere: duabus simul requisi-
 tis necessario ad constructionē/ quecūq̄ earum deficiat/
 dissolui potest. Et ex his format rationē ad probādum in-
 tentum/ hoc modo. sola contraria conditionibus necessa-
 rio requisitis ad esse pape/ reddunt papam deponibilem.
 sed inter crimina/ sola infidelitas contrariatur cōditioni-
 bus necessario requisitis ad esse pape: ergo sola infidelitas
 inter crimina reddit papam deponibilem. Prima proposi-
 tio patet ex hoc q̄ depositio est nō esse pape. ⁊ vnūquodq̄
 in suo esse perseuerat/ si contrariū non superuenit. Sc̄da
 autem propositio probata est: quia cetera vitia contrariā-
 tur conditionib⁹ requisitis ad bene esse pape. Statim sub-
 dit: hanc rationē vellem in statera poni/ ⁊ non friuolas ⁊
 apparentes/ per accidentia vagantes. Sed meo iudicio si
 in statera poneretur/ parui reperiretur pōderis. fides enī
 non requiritur necessario ad esse pape (cum effectus here-
 ticus sit adhuc papa apud ipsum. ⁊ si eligatur hereticus/
 et acceptet/ efficitur papa) sed solum requirit̄ necessario
 baptismalis character qui est indelebilis/ cum cōsensu ex
 parte Petri. ergo eque fortiter probaret sua ratio q̄ p he-
 ressi deponi non posset. Et mirū est quomodo hanc ratio-
 nem tam fortē reputauerit/ que equaliter probaret oppo-
 sitū determinati per ipsum in capitulis immediate prece-
 dentibus/ sicut propositum. insuper sicut reperitur in sa-
 cris litteris hominē hereticum esse separandum seu excō-
 municandū: ita ⁊ pro alijs vitijs hoc idem reperitur: vt. i.
 ad Corin. v. Si is qui frater nominat̄ inter vos/ est fornicator/
 aut auar⁹/ aut idolis seruiēs/ aut maledic⁹/ aut ebriosus/
 aut rapax: cū huiusmodi nec cibū sumere. Et christ⁹
 innuit hominē esse excōmunicandū pro quolibet mor-
 tali cui iuncta est cōtumacia/ Matthei. xvij. quos passus
 si glossauerit aduersarius de subditis habentibus superio-
 rem/ glossabo et similiter passus per eum allegatos de he-
 retico. Et ad dicta saluatoris et petri conceditur q̄ q̄d diu-
 bene docent et remanent prelati/ sunt audiendi. Ostenso
 ergo sufficiēter eius opinionem non esse fundatam supra
 firmam petram/ sed arenam: pono hāc propositionē: Sū-
 mus pontifex non solum deponi potest ab ecclesia seu cō-

De auctoritate

Essio pro heresi: verū etiam et pro alio crimine notorio ecclesiam scādalizante. Probat̄ ista propositio ex his que ponuntur in epistola Clemētis ad Jacobum. refert enim Petrum sibi dixisse cum eum institueret: Neq̄ enim iudicem aut cognitorem secularium causarum te hodie cōstitui voluit Christus / ne prefocatus presentibus hominum curis / non possis verbo dei vacare: et s̄m veritatis regulā secernere bonos a malis. ⁊ infra: Si enim mūdialibus curis fueris occupatus / teipsum decipies / et eos qui te audiunt. Non enim poteris que ad salutem pertinent / plenius singulis quibusq̄ distiguere: et ex eo fiet vt ⁊ tu tāq̄ non docueris que ad salutem hominum pertinent / deponaris: et discipuli per ignorātiā pereant. Ex quibus manifestum est papam etiā propter negligētiam deponi posse. Nolo tamen asserere Clementem ita ad Jacobum scripsisse / cum reperiatur Jacobum illum ante Petrum octo annis decessisse martyrio: sed ecclesia non spernit illā epistolam: quod sufficit. ¶ Secūdo arguitur sic / vibrando argumentum in quo aduersarij se fundant / in ipsos. si ecclesia non possit auferre papam regētem eam in destructionem eius / et cateruatim animas ducētem ad inferos suo instinctu et suo exemplo: sequitur politiam pure naturalē et ciuilem esse melius institutam q̄ sit ecclesiastica politia. Non enim bene esset instituta politia pure ciuilis ⁊ naturalis / si eius regem perturbantem eam destituere non posset: immo potestatem eum destituēdi ⁊ occidēdi tanq̄ mēbrum corruptiuum totius corporis cōmunitas a se abdicare non potest: immo opposito dato videretur politia esse serua despotice. Cum ergo Christus instituerit ecclesiasticam politiam ad finem supernaturalē perfectiorē in suo genere q̄ sit politia pure naturalis (cum posteriora generatione sint puora perfectione) sequitur q̄ politie ecclesiastice reliquerit potestatem suam principem et regē ecclesiasticum / si nō in edificationem / sed destructionem regat / destituendi: immo al̄s non solum peius instituisset eam q̄ politiam pure ciuilem: s̄ a cōmunitate aliquid auferret quod ex iure naturali sibi cōpetere dinoscitur / necnō cōmunitatem christianam liberam non effecisset: immo potius seruam / strictissima etiam seruitute. Et hāc rationem ponderet / ⁊ non eam que leuissima est / quā magni existimat ponderis. Et dicere q̄ in simili casu non reliquerit deus remedium cōmunitati nisi orationes / cum aliud remedium opportunū ⁊ opportunius relinquere potuisset: nihil aliud est nisi dicere politiam ecclesiasticam nō bene institutam / et effectam seruam. Amplius notum est seclusa heresi summum pontificem esse reipublice ita

perniciosum / & a republica veniret auferendus per mortem corporalem / ex illa potestate ei naturaliter indita. Si non possit ergo tunc destitui / & post destitutionem si perseueret / per mortem corporalem auferri / nōne necessario cōcedendum erit Christum in instituendo ecclesiasticam politiam / eā priuasse aliqua potestate sibi naturaliter indita ad eius pacificam cōuersionem? Amplius / cū duo sunt contendentes de papatu: quēlibet eorum potest vniuersalis synodus pretensa potestate priuare / propter vniōnem et pacem ecclesie: quīs in aliquo eorum sit vera papalis potestas. ergo a fortiori pro crimine perturbatio totius ecclesie. et antecedens patet manifeste ex ca. si duo. lxxix. distin. vbi dicitur: Si duo contra fas fuerint electi: nullus eorum debet recipi: sed ille quem vniuersalis consensus elegerit. et istius sententie est glo. in ca. si papa. vbi dicit: Certe credo & si notorium est crimē ei⁹ quodcūq; / et inde scandalizatur ecclesia / & incorrigibilis sit: & inde possit accusari. nam contumacia aliquando dicitur heresis: vt. lxxxj. dist. c. si qui sunt presbyteri. & contumax dicitur infidelis: vt. xxxvij. dist. c. nullus. Amplius / si electus in summum pontificem non constitutus in sacris / accipiat vrosorem: quis audebit dicere totum ecclesiasticū statū ita decolorari absq; possibili remedio? Ampli⁹ / si rex aliquis in longinquā decedens regionem / relinquat aliquem vicarium generalem / et ille interea gerat tyrannice: vicarius ille (vt notum est) a cōmunitate poterit deponi. ergo eodē mō cū Christus discedēs a cōmunitate christiana (qui est verus rex noster) reliquerit vicarium ministrū generalē / a cōmunitate auferri poterit si tyrannice regat. Ampli⁹ / cū ex predictis notum sit ecclesiam seu cōcilium eam representans esse in casu heresis ordinarium iudicem pape / et habere potestatem auctoritatiuā super ipsum quo ad destitutionem: & nō legitur a Christo esse ecclesie collata talis auctoritatiua potestas in eo solo casu / immo non legitur & ecclesie fuerit collata aliqua talis / nisi Matth. xvij. vbi i. omni casu peccati noroz cui iuncta est cōtumacia / collata esse videtur / & hec fuit primitiue ecclesie sententia / sanctorum doctorum / Hieronymi / Ambro. et August. sed superuenientibus casibus in summis pontificibus in quibus deponi possent / non defuerunt aduatores eis suggerentes & non possent iudicari / asserentes eos non ministros ecclesie / sed dños: id qđ mirum est / cum singuli doc. dicant quēcūq; prelatum in administratione sacramētorum esse solum ministrum ecclesie / & non dominū: hinc in eo requiritur intentio faciendi qđ ecclesia intēdit / de necessitate / et non alia. et velint nolint isti habent hoc fate-

De auctoritate

ri in exercitio iurisdictionis. Et si non legatur Christum dixisse auferendum esse caput / sed bene oculum man⁹ aut pedes: verum est q^o nunc⁹ auferendum est totaliter caput / sic q^o nunc⁹ amplius sit futurum aliquod caput: sed bene auferendum est istud / sine quo in corpore remanet vita / in mo q^o corpori infirmitatem affert quantum est ex se. Ad hec autem probanda innumere r rationes r auctoritates adduci possent. ¶ Sequitur primo q^o potestas in summo pontifice a cōcilio potest quibusdam certis legibus limitari / et quātum ad vsum arctari. Si enim caput in corpore humano efficiatur languidum seu infirmum: licitum erit ceteris membris mēbrum illud ligare / et cauterizare / necnon vnā partem capitis abscindere pro sanitate totius corporis. ¶ Secundo sequitur correlarie q^o concilium generale summum pontificem exigente utilitate ecclesie absq^{ue} culpa ipsius summi pontificis destituere potest: sicut tempore schismatis de vero summo pontifice: similiter si incarceratus foret apud infideles / et de eius liberatione nulla foret spes post adhibitum laborem ad redimendum. et hoc ex precedentibus est ita notum q^o alijs rationibus nō curo munire: nec aliquid apparentie habet in oppositum argumentum de petro cum esset in vinculis: cum pauco tēpore ibi fuerit / r de eius liberatione apud fideles extiterit spes. Si enim in tali casu nō posset ecclesia summum pontificem sibi constituere: ita nec posset aliquem qui summi pontificis gereret vices. et cū possint occurrere multa que per summum pontificem expediri debent / vt cōfirmationes archiepiscoporum et prelatorum ei immediate subiectorum / nullo modo illa expediri possent. ¶ Sequitur tertio q^o potestas vniuersalis ecclesie seu concilij vniuersalis supra papam simpliciter et absolute non est chimera / vt dicit prefactus doc. in ecclesiam sanctā blasphemans. ¶ Sequitur quarto q^o christus non instituit summum pontificem eius generalem vicarium in omnimoda potestate quam habebat fm humanitatem. nam habebat potestatem instituendi sacramēta / similiter instituendi summum pontificem / similiter faciendi articulum nouum sup infideles / et super totā ecclesiam cathogoreumatice. et nullā istarū habet summus pōtifex. ¶ Sequit^r q^onto summū pōtificē esse vicariū ecclie vniuersalis r ministrū: quibus dicatur etiā vicari⁹ et minister dei: quēadmodū p^riceps laicus est minister cōmunitatis: qui tñ ab ap^o paulo dicitur minister dei: sed specialius summus pontifex d^r minister dei et vicarius / in q^ontū ministrat in ea potestate que nō est in cōmunitate naturalis / sed politia precise / r ex sola institutione dei: illa tamen potestas

est communitati collata. ¶ Sequitur ultimo conformiter ad Joānem patriarcham antiochenū / similiter Nicolai de cusa in suis tractatibus de ista materia q̄ conciliū generale in singulis ⁊ oībus est supra summū pōtificē. ¶ Et hec breuiter et sub cōpendio quodam de ista cōparatione posui / intendens amplissimū facere tractatum de omni potestate ecclesiastica et laica / et de singulis earū actibus. Utrum autem summus pōtifer possit excommunicari et suspendi manens summus pontifex / ita q̄ si tentet facere / nihil faciat etiam cōtūm ad absolutionē sacramentalē: videat Nico. de cusa in secūda parte sui libri. c. xviii. Et ad omnia capitula que videntur asserere summum pōtificem nō posse iudicari nisi sit a fide deui⁹ / (vt ca. si papa. xl. dist. ⁊ ca. oues. ij. q. vii.) dicitur q̄ pertinax presumit a fide deuiare: ⁊ includitur in heresi pertinacia. Vel dicitur secundo q̄ (vt patet ex ca. si papa.) in illis capitulis dicitur nullum posse papam iudicare: et non dicitur de collectione. Dicitur tertio q̄ cōtra papam non est regulariter congregandum concilium nisi i casu heresis aut grauis peccati totā ecclesiā scandalizantis cōprobatī. Et ad id quod habet. xvij. distin. ca. cōsilia. §. Symmachus. vbi dicit: Symmachus papa sedis aplice presul / ab h̄mōi oppositiōibus impetitus / quātū ad hoīes respicit / sit immunis ⁊ liber: cui⁹ causam totā dei iudicio reserua⁹. dicit q̄ accusatores ei⁹ non potuerunt imposita crimina probare / ⁊ sic tanq̄ eis secreta reliquerunt sancti patres in synodo dei iudicio / auctoritative accusatores condemnantes. ¶ Ultimum capitulum / in quo inquiritur quomodo poterit concilium contra papam congregari.



¶ Un ex superioribus notum sit satis conciliū supra papam iurisdictionem habere: in casu igitur in quo veniret papa iudicandus: quoniam pacto congregari poterit (q̄ non est verisimile papam congregare contra se) inquirendum est. Et sit prima propositio. Ad nullum auctoritative spectat congregare cōcilium / preterq̄ ad summum pōtificem / ex iure diuino. probatur sic. auctoritative congregare cōcilium est his qui interesse h̄nt p̄cipere vt ad certum locum conueniant. sed nullus preter summum pontificem singulis qui habēt interesse / auctoritative precipere potest vt in certum conueniant locum. ex iure diuino: ergo nullus preter ipsum auctoritative cōgregare potest. Auctoritative enī congregare est congregare ex auctoritate / cui ceteri ratioe auctoritatis teneantur obtemperare. Dico notanter nullus: q̄ concilium vnū potest futurum cōcilium auctoritative congregare / pre-

De auctoritate

espiciendo singulis vt certo tempore ad certum conueniat locū. Si enim precepto pape taliter precipientis sit obtemperandum de necessitate: a fortiori et precepto concilij. De collegio autem cardinalium / apud eos qui dicunt q̄ sunt de statu hierachico / ex institutione christi succedentes apostolis prout assistebant christo et Petro añ eorum diuisionē / quemadmodū dicit de aliaco / non est improbabile dicere q̄ iure diuino hec auctoritas illi collegio competit papa nolente congregare concurrente casu necessitatis. Unde ⁊ Actuum. vi. duodecim apostoli ⁊ non solus Petrus conuocauerunt multitudinem discipulorum. Et ex hoc iterum vñ sequi q̄ non solum de statu episcoporum sunt vocandi ad concilium ad habendum vocem deliberatiuam: sed etiā de statu curatorum / qui succedunt discipulis. s; de hoc alias. S; cum papa et collegiū illud adeo obstinari possint: vt etiā exigente necessitate nolint cōcilium conuocare (q; forsan congregandum est pro corrigēdis euidētibus excessibus eorum) quoniam pacto tunc cōgregari poterit? ¶ Et sit secūda ppositio. Quę ecclesia particularis ad cuius notitiam peruenit cōgregandi concilium necessitas / debet ceteris ecclesijs necessitatem cōgregandi concilij manifestare / et sic denūciatiue congregare / non aut preceptiue / etiā nominando locum ad quē sit omnibus tutus accessus. d; enim oculus videns corporis periculū / ceteris indicare membris / vt contra periculum se protegat corpus ⁊ defendat. Et ista manifestatione facta / ceterę ecclesie tenentur conuenire / non virtute precepti pape / cum in eas nullam habeat iurisdictionē: sed virtute precepti diuini: sicut postq̄ per expertum medicum alicui indicatum est de aliquo necessario ad sui cōseruationem / tenetur ille ad illud nō virtute precepti medici / sed virtute precepti iuris naturalis et diuini. Corollarie sequitur / in multis prouincijs prelatos sufficienter instructos de necessitate concilij / non aliter laborantes pro pace ecclesie / non esse in conscientia tutos. ¶ Tertia ppositio. Si post huiusmodi insinuationem singule ecclesie particulares ad certum locum suos legatos mittant: apud illam collectionem residet totius ecclesie auctoritas: immo etiā si a casu cōuenirent. Nam (vt dicit Jo. gerson) quis dubitat apud collegium apostolorum / qui a casu conuenerunt (vt dicit) in transitu virginis / tantam fuisse auctoritatē sicut si Petri precepto cōuenissent? ¶ Quarta ppositio. Si aliquę particulares ecclesie insinuatione tali facta / ad certum conueniant locum: ceteris contumaciter renuentibus conuenire in illo aut alio quocunq; securo: apud conuenientes / totius ecclesie residet aucto

ritas / saltem \mathcal{C} tum ad necessitatē occurrentem. Si enim li-
gata foret dextera man⁹ / aut ad imaginationē p^rinaciter
nollet vacare defensiōi corporis: apud sinistrā tūc defen-
dēdi corp⁹ tota residebit auctoritas. Et si vna p⁹ alicui⁹
prouincie inimicis volētibus eam destruere / nollet occur-
rere: quis dubitat reliquam partē / \mathcal{C} uis sit minor nume-
ro / pro tunc habere auctoritatem totam prouinciam de-
fendendi: et si prouincie alicuius pars vna nollet consen-
tire in mortem alicuius membri cuius vita in destructio-
nem totius communitatis cederet: nulli dubium est resi-
duam partem posse illud membrum auferre / et pro tunc
occurrēti periculo occurrere / \mathcal{C} uis de alijs que nō immi-
nent pro tunc / nihil possit statuere. ergo et in proposito
vbi aliq^{ue} conuenient ceteris reuuentibus: \mathcal{C} tum ad nes-
cessitatē occurrentem in ipsis residebit auctoritas. \mathcal{C} Et
hec sunt que p^r auctoritate ecclesie iesu christi spōse scri-
psi Parisius ipō donāte / contra quedam asserta a fratre
Thoma de vio in tractatu quodā quem (vt ipse testatur)
scripsit anno salutis. Mccccxxj. etatis sue quadragesi-
motertio. Et hec scripsi anno dñi. Mccccxxj. doctorat⁹
mei anno primo / mense. ij. de etate vero / ne vento glorie
agitari videar / taceo. In quibus si aliquid sit erroneum /
protestor me semper submissum determinationi ecclesie
vniuersalis.

\mathcal{C} Finis.

Parisius in edibus Claudij
Cheuallō, anno domini. AD.
ccccxxv. mense Maio.

hoces me possidet.



T
BIBLIOTHECA

Sab

• N^o

to
ec

J

7

TOLEDO

BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala *Reservada*

Número *791*

et.

De auc-

toritate

ecclesia.

1525

Res.

791